



Fa.349c

# OBSERVATIONES MYCOLOGICAE

AUCTORE

C. H. PERSOON.

---

PARS SECUNDA

CVM TAB. 6. AENKIS PICTIS.

---

---

LIPSIAE ET LUCERNÆ

SUMPTIBUS GESSNERI, USTERII ET WOLFIL.

1799.



ALMANACH DER  
WIRTSCHAFT

TA

PHYSICAL THERAPY

ALMANACH

PHYSICAL THERAPY

ALMANACH

ALMANACH

ANIMADVERSIONES  
ET  
DILUCIDATIONES  
CIRCA  
VARIAS FUNGORUM SPECIES

---

AUCTORE  
Dr. C. H. PERSOON.

---

CUM TABULIS VI AENEIS PICTIS.

---

LIPSIAE et LUCERNÆ,  
Impensis GESNERI, USTERI et WOLFI, 1800.

# OBSERVATIONES MYCOLOGICAE.

---

SEU  
DESCRIPTIONES TAM NOVORUM  
QUAM NOTABILIUM FUNGORUM  
EXHIBITAE

A.  
D. C. H. PERSOON.

---

PARS SECUNDA

CUM  
*TABULIS VI AENEIS PICTIS.*

---

LIPSIAE ET LUCERNÆ  
SUMPTIBUS GESSNERI, USTERII ET WOLFIL.

1799.

OBSTINATI<sup>E</sup> GENE

THEORETICAE

ETC.

DESCRIPTIO<sup>E</sup> TAT<sup>E</sup> NOVORUM

DOMINUM VOTATIV<sup>E</sup> EUMQ<sup>E</sup> M<sup>E</sup>

EX C<sup>E</sup>LESTE<sup>E</sup> S<sup>E</sup>PT<sup>E</sup>RE

OBSTINATI<sup>E</sup> GENE

DE ASTRONOMIA

ET C<sup>E</sup>LESTE<sup>E</sup> S<sup>E</sup>PT<sup>E</sup>RE

OBSTINATI<sup>E</sup> GENE

DE ASTRONOMIA ET C<sup>E</sup>LESTE<sup>E</sup> S<sup>E</sup>PT<sup>E</sup>RE

OBSTINATI<sup>E</sup> GENE

THEORETICAE

VIRO CELEBERRIMO

IAC. EDUARDO SMITH

MEDIC. DOCTORI, SOCIETATIS LINNEANAE

PRAESIDI, ALIARUM SOCIETATUM MEMERO

DIGNISSIMO

OBSERVATIONES HAS

AD VENERATIONEM

GRATUMQUE ANIMUM TESTANDUM SACRAS

ESSE VULT

*Auctor.*

OMNIBUS QVI

HEIMA OUHAUDU .QAI

NAVARRENSIS BITAERIDOR .IHOOTEG DIGIM  
CONVENTU MORTALI .POM MURALEM CLEGANT

EX LIBRIS

RATI .SACRAVITATIS .QD

IN HONORIBUS CA

EAMAS FUGITAT ET LUDICRA EUMETARA

CONFUSUS VENIT INTELLIXI

---

P R A E M O N E N D A.

Opusculum hoc, cuius argumentum descripciones fungorum aut plane novorum, aut observationes de speciebus jam cognitis, seu criticas specierum valde affinum, hinc saepe inter se a nonnullis auctoribus commutatum, disquisitiones exhibet, secundam *Observationum mycologicarum* partem ex sententia, quam primum ceperam, constituere debebat. Verum cum varias ob causas *Tiguri* in Helytia, uti prima pars, imprimi non posset, nec *Lipsiae*, bibliopola asseverante, iidem typi eademque charta obtineri non possent, ac interior libri oeconomia priori volumi

mini omni ex parte non responderet, alium titulum praeponere satius duxi. Interea diversum titulum, secundae parti potius destinatum, eorum in gratiam adjeci, qui externam opusculi formam non tanti aestimant.

Ne autem prior *Observationum mycologiarum* pars absque altera sectione incompleta, ut ita dicam, relinquatur, etiam alteram partem, si ea desideretur, nec aliis rebus impediatur, suo tempore typis evulgare haud negligam.

Dabam Goettingae Mense Aprili, 1799.

**EXPLI-**

## EXPLICATIO ICONUM.

### Tabula I.

- Fig. 1. (a) repraesentat Sphaeriam bulbosam aetate juniore, clavula tunc terei.  
(b) eadem species adulta ramosa: ramis compressis, quorum unus longitudinaliter fissus, quo situs sphaerularum conspici possit.  
(c) et (d) sistunt particulam clavulae lente auctam, una cum sphaerulis integris, aut dissectis.

- Fig. 2. (a) Sphaeria alutacea, prima et media aetate intra folia et ramulos pineos proveniens delineata.  
(b) Individuum valde maturum, colore fuscescens, qui alioquin dilute pallidus est.  
(c) Clavulae pars mediocriter aucta, quo sphaerulae distinctius appareant, ex quarum ostioliis gelatina s. latex vermiculorum ad instar tempestate favente exprimitur.

- Fig. 3. sistit Sphaeriam carpophilam in calyce indu-  
rato (pseudodrupa) Fagi sylvaticae crescen-  
tem (a. a. a.) hujus fungi statum juniores  
designant, ubi clavulae villo ex olivaceo cine-  
reo usque ad apicem fere sunt involutae.  
(b) Clavulae maturaee, sphaerulis turgidis tu-  
berculosae, quae in:  
(c) per

- (c) per lentem pictae distinctius apparent.
- (d) sistit eiusdem clavulae particulam in diametro perscissam.
- (e) ostendit thecas, dum gelatina sub microscopio indagetur, et
- (f) hujus speciei sporulas ad augmentum fortius pictas.

*Tabula II.*

*Fig. 1.* Cespes est Sphaeriae digitatae in statu maturo: clavulis tunc turgidis.

- (a) hujus speciei thecas sistit, quae fusiformes sunt, ex quibus in
- (b) sporulae sublunatae desumptae conspicuntur.

*Fig. 2.* Est Sphaeriae polymorphae varietas spathulata

- (a) adhuc integra.
- (b) perpendiculariter secata, quo interior substantia, quae radiatim striata, nec non sphaerularum situs videri possunt.

*Fig. 3.* Sphaeria militaris in chrysalide Phalaenae cujusdam crescens.

- (a) pars clavulae a facie exteriore et
- (b) quoad structuram interiorem sub lente proposita.

*Fig. 4.* Varietas Sphaeriae polymorphae mamillana.

*Fig. 5.* Ejusdem speciei varietas pistillaris.

- (a) sistit sub lente particulam clavulae, quae in
- (b) interius repraesentata est.

*Fig. 6.* Sphaeria digitata, media aetate; clavulis attenuatis.

*Tab.*

### Tabula III.

*Fig. 1. Clavaria spinulosa.*

(a) ad sinistram, ramus seorsim est adpositus.

*Fig. 2. Clavaria Muscicola cum radice bulbosa lente aucta;*

(a) ad dextram, magnitudinem ejus nativam eamque musco innascentem repraesentat.

*Fig. 3. Est Clavaria sanguinea.*

*Fig. 4. Geoglossum glabrum; varietas uliginosa, clavula subdivisa, stipite distinctius squamoso et colore atro diversa.*

(a) exhibet partem stipitis, quo squamulae melius conspici possint.

*Fig. 5. Geoglossum atropurpureum, et varietas clavula divisa.*

### Tabula IV.

*Fig. 1. Poria nitida, supra truncum effusa, magnitudine naturali.*

*Fig. 2. Aecidium cornutum in foliis Sorbi aucupariae habitans, magnitudine naturali, peridiis spiniformibus distinctum.*

*Fig. 3. Hujus speciei cespitulus lente auctus.*

*Fig. 4. Amanita pusilla.*

*Fig. 5. Idem fungus sectione perpendiculari ob interiorem structuram propositus.*

*Fig. 6. Peziza crenata, magnitudine naturali.*

*Fig. 7. Varietatem hujus speciei sistit: cupula uno latere incisa.*

*Fig. 8.*

*Fig. 8. Monilia Penicillus, quae in*

*Fig. 9. lente aucta est proposita.*

*Fig. 10. dubios illos Fungillos offert, quorum in  
antecedentis speciei descriptione mentio fa-  
cta est.*

### Tabula V.

*Fig. 1. Leotia acicularis quoad diversam aetatem  
magnitudine nativa delineata, quae in se-  
quentibus figuris lente modice aucta est.*

(a) statum juniores sistit.

(b) adultum.

(c) varietatem ramosam.

(d) pileum ab inferiore parte conspectum.

*Fig. 2. Sphaeria ciliata.*

*Fig. 3. eadem lente aucta.*

*Fig. 4. Leotia? simetaria.*

*Fig. 5. Eadem lente aucta, scilicet*

(a) juniores fungillos sistit, uniformes, co-  
nicos.

(b) aditos, pileo regulari instructos.

(c) duo exhibet individua, stipite brevi  
et pileo inaequali distincta.

*Fig. 6. Peziza confluens ad terram proveniens.*

*Fig. 7. Eadem lente mediocriter aucta repraesentata.*

*Fig. 8. ostendit Agaricum griseum.*

*Fig. 9. Idem fungus resupinatim propositus.*

*Fig. 10. Sphaeria populina.*

*Fig. 11. hujus speciei cespitulum exhibit: sphaerulis  
stromati impositis, quae ad fig. (a) seorsim  
adhuc*

adhuc integrae sunt delineatae, in (b) vero  
perpendiculariter dissectae.

*Fig. 12.* Agaricus variabilis est.

- (b) a parte inferiore pictus.
- (a) juvenilem statum indicat, ubi pileus  
integer, et stipes manifestus adest.

### Tabula VI.

*Fig. 1.* Leotia acicularis, perpendiculariter dissecta,  
et per microscopium compositum spectata,  
quo thecarum situs conspici possit.

*Fig. 2.* Eadem thecae magis auctae, sporulis ut  
plurimum 8 foetae, paraphysibusque cinctae.

*Fig. 3.* Onygena equina, vngulam equinam incolens.  
(a) unum hujus fungi individuum lente  
auctum.

- (b) Idem in diametro secatum.
- (c) Ejusdem sporulae sub microscopio com-  
posito indagatae.

*Fig. 4.* Est Puccinia Valantiae.

*Fig. 5.* Puccinia Anemones, uti et antecedens, sub  
microscopio composito observata:

*Fig. 6.* (a) Stictis pallida ligno inmersa,  
(b) Stictis rufa.

*Fig. 7.* Stictis pallida sub lente proposita; unum  
hujus specimen ad latus ligni perpendiculariter  
dissectum, ad interiorem structuram  
ostendendam.

*Fig. 8.* Stictis rufa, supra lignum eminens, lente  
aucta.

*Fig. 9.*

*Fig. 9. Onygena? decorticata.*

- (a) lenta aucta, integra.
- (b) in diametro dissecta.

*Fig. 10. Aegerita? Lichenoides, cuius tubercula sub lente valde aucta sunt proposita, quae, magnitudine nativa, ut granulae modo apparent.*

*Obs.* In hujus speciei descriptione dubitationem meam de genuino plantulae loco jam declaravi; et observationibus, nonnullos ante dies, institutis adductus sum ut credam, eam revera *Lichenis* cuiusdam *gelatinosi* s. *tremelloi* speciem esse; nam in eadem fere regione reperi *Collematis* crustacei speciem, quoad tubercula rotunda, inmarginata, colore carnea, superficie inaequalia cum nostra convenientem, crusta vero manifesta, nigrescente - prasina, leproso - subfoliacea omnino diversam, quae forte verum maturitatis statum ambigui nostri fungilli designat.

---

## BOLETUS.

*Pileus manifestus, subtus tubulosus. Tubi connati,*

\* *Pileo dimidiato.*

I. *Boletus fomentarius: dimidiatus durus pileo subtriquetrio obsolete fasciato cinereo-fuligineo, poris primo albido-glaucis demum subferrugineis.*

*Boletus fomentarius*, acaulis pulvinatus inaequalis obtusus, poris teretibus aequalibus glaucis. *Linn. Fl. Sueciæ. p. 453.*

*Boletus fomentarius Sowerb. engl. fung. t. 153.*

*Boletus igniarius*, figura fere ungulae, equinae, superne fuscescens, subtus albidus. *Scop. Fl. carn. Ed. 2. v. 2. p. 469.*

*Polyporus convexo-planus*, durissimus, cinereus, inferne albidus. *Hall. Stirp. 3. p. 42 Helv. n. 2288.*

*Agaricus porosus igniarius fagi, superne candicans, inferne fuscus. Dill. Gieß. p. 193. Raji synops. Ed. 3<sup>a</sup> pag. 24.*

*Hab. in sylvis densis et magnis ad candices fagorum languescentium.*

A

*Deser.*

*Déscri.* In statu adhuc juniore interne molliusculus, et forma subrotunda e caudicibus crumpit, totus cinereus: parte fructifera s. seminifera tunc fere sursum spectante.

*Pileus* dein horizontalis fit, e cinereo dilute fuscescens, glaberrimus, zonatus, convexus; aetate progredivente formam magis conicam acquirit, *fasciis* obsoletis, subprominentibus, inaequalibus instructus; hinc inde, praesertim adhuc junior, pustulis sphaeriformibus gaudet. Substantia demum dura, sicca, ferruginea.

*Pori* tenuissimi, aequales, primo materie albida quasi obtecti, dein grisei, tandem fere cinnamomei evadunt.

*Obs.* Haecce species, ubique fere crescents, nihilominus in tam paucis Floris recepta, verus est *Boletus fermentarius L.* Forte expressio s. verbum Linnaci; *glaucis*, plantarum scrutatores in errorem induxit, ut colorem viridem subintellexerint; verum b. *Linnaeum* pulverem illum album in prunis quoque obvium, hic subintellexisse, palam est.

2. *Boletus appianatus: dimidiatus dilatatus utrinque planiusculus rufescente cinereus, pileo tuberculoso-rugoso zonato, poris minutissimis primo albidis dein pileo concoloribus.*

Fungus arboreus maximus, fuscus subtus planus, superficie inaequali, et lineis semicircularibus notatus. *Deodory in Raji synops. p. 27.*

*Agaricus porosus igniarinus Carpini Dill. Cat. Gieß. p. 193.  
Hab. ad truncos caesos fagineos.*

*Descri.*

*Descr.* Mox ab initio horizontaliter crescit, nonnunquam imbricatus, plerumque vero solitarius invenitur.

Fungus adultus ultra spithamam latus, et a loco affixioris usque ad marginem 4-6 unc. latus, ut plurimum planiusculus est; sed tamen fasciis prominentibus versus basin altior fit, superficie inaequalis, rugosus, et, nescio unde fiat? jam in junioribus pulvere ferrugineo, an seminali? obtectus.

*Pori*, uti in antecedente, primo albidi, dein rufescunt, seu ferruginei evadunt; adhuc angustiores, quam in praecedente, rarius colore citrino sunt. Substantia interne stratificata, fusco-rufa.

Hujus speciei exemplar possideo, ubi pori a *Vespa* quadam laesi, formam singularem papillosam assumserunt.

3. *Boletus Drijadeus*: *mollior*, *pileo solitario latissimo subapplanato rugoso tuberoso rufescente: fasciis zonisque nullis, poris pallidis*.

*Boletus pseudoigniaris*; coriaceus, glaber sessilis, dimidiatus; carne crassissima; tubis longissimis, carne concoloribus. *Bull. champ. p. 356. t. 458?*

Rarissime ad quercus vetustas eum inveni.

Ad latissimos pertinet, duas spithamas latus, 2 unc. vere crassus, superficie non fasciata, etiam substantia subfibrosa, et molliore ab antecedente distinctus.

*Obs.* Marginem guttulas stillantem observavi, hinc puto, *Bulliardii* speciem eandem cum nostra esse, quamvis crassior depicta, et ejus descriptio differat.

4. *Boletus ungulatus: subcylindricus altus cinereus nigrescens: fasciis prominentibus, inferne plano-depressus, poris ferrugineis.*

*Boletus ungulatus*, coriaceus sessilis, cortice ebeneo, carne ferruginea e stupacea sublignosa: tubis tenuissimis, aequalibus. *Bull. champ.* p. 357. t. 491. f. 2. et t. 491. Schaeff. *Jung.* t. 157.

*Boletus igniarius Sowerb. engl. fung.* t. 131.

*Boletus igniarius Auctorum.*

*Var.  $\alpha$ . salicina*, fasciis rotundatis.

*Var.  $\beta$ . quercina*, fasciis depressis: margine acuto.

Hab., praesertim  $\alpha$ ., satis frequens ad salices vetustas, aliasque arbores.

*Descr.* *Pileus* tres uncias ferme altus, 3-4 unc. latus, durissimus, externe cinereus: fasciis nonnullis impressis, nigrescentibus. *Substantia ferruginea*, pariter dura, et straticata, quae secundum *Bulliardum l. c. p. 359.*, eo fine quoque preparari potest, uti in *Boleto fomentario* hoc usitatum est.

*Pori* plani et profundiores, quam margo pilei prominens, tenuissimi, et cinnamomei sunt.

*Obs.* An vera et constans species, a *Boleto fomentario* diversa? saltem lentius crescit et diutius durat, etiam major est.

5. *Boletus obtusus: crassus obtusus pileo primo globoso dein subhorizontali, basi cinereo, margine obtuso subrufisque dilute cinnamomeo; poris convexis subinconspicuis.*

Bole-

*Boletus ignarius*, coriaceus, sessilis, dimidiatus, carne ferruginea, e suberoso subfuliginea, tubis brevissimis, aequalibus. *Rull. champ. p. 361. t. 454.* (Exclus. synonymis.)

*Prov. ad Salices annosas.*

*Descr.* Lente crescit, longeque durat, forma globosa e trunko prorumpit, colore argenteo - cinereus, opacus. Adultior fungus semicircularis, sex uncias latus, 3 unc. crassus, convexus, fasciis vix ullis distinctus, margine lato semunciali sordide diluteque ferrugineo et obtusissimo gaudet. Subtus plerumque convexus, substantia ligno durior.

*Pori modo in vetustis fungis proveniunt, et tunc adhuc vix sub lente conspici possunt,*

*Obs.* Sequens species modo hujus fungi varietas videtur, quae vero minor, magis regularis, et poros maiores habet.

6. *Boletus pomaceus: dimidiatus parvus, pileo canescente, per marginem angulo recto prominente: poris planis manifestis ferrugineis.*

Hab. ad Pyros, praesertim vero ad cundices *Pruni domesticae*, aut *Cerasi* 2-3 unc. latus,  $1\frac{1}{2}$  unc. crassus, substantia fibrosus, mollior rigidus, superficie subrimosus, opacus, e longinquo pulvere cinereo-incano quasi obtectus.

7. *Boletus ignarius: subtriqueter levis, epidermide rugulosa, pileo basi nigrescente, emarginine cinnabarino, subtus ochroleuco.*

*Boletus unguatus var. &. Schaeff. Fung. bav. p. 88. t. 137. L 132!*

*Boletus ignarius. Linn. Fl. Suec. p. 454. Fl. Dan. t. 953. Gr. syn. fung.*

*Hab. A. 534*

Hab. praesertim ad pineos truncos. (In Hercynia frequens).

Forma cum *B. unguilato* convenit, parum modo minor, colore vero diversus, margine enim prominente rufo-cinnabarino, in junioribus ad dimidium pallescente, gaudet.

*Pori* majores, primo pallidi, dein subferruginei evadunt, superficie inaequales.

*Obs.* Hanc speciem verum LINNAEI *Boletum igniarium* esse, e speciminibus a cel. SCHWARZ benevole mihi communicatis, edoctus sum. Verum in *Flora Suecica stipitis* cuiusdam mentio fit! Expressio *Aculei*, loco = *Pori*, a vitio scriptioris orta videtur.

In sylvis Sollingensibus ad truncos quercinos crescentem varietatem inveni, ubique planiusculam, et ad latitudinem ulnare luxuriantem, quod exemplar possider saltus praefectus in Equaria hannoverana Neuenhof dicta.

g. *Boletus marginatus*: *subimbricatus*; *pileo* dimidiato duro colore uniformi rubescente - rufo, superficie rugulosa tuberculosa margine stillante, albido, poris pallidis.

*Boletus marginatus*. Disp. meth. fung. p. 28. var.  $\alpha$ .

*Boletus unguilatus* var.  $\beta$ . Schaeff. Fung. bav. tab. 15g.

*Boletus fulvus*. Schaeff. Fung. bav. v. 4. p. 89. t. 262. (Male colore fucatus; aut varietas? quoad formam icon ceterum bona.)

Hab. ad caudices Fagi, et Pruni, et Pyri communis rarius.

Descr.

*Descr.* Nunc solitarie, ut plurimum vero imbricatum, crescit, 4-5 uncias latus, pro ratione vero angustus; superficie tuberosus, ejusque epidermis pariter, uti in antecedente, sub lente rugosa, Color vero a basi s. loco affixionis, usque ad marginem unicolor rufus, hinc inde albicans. *Pileus* vero aetate juniore materie albicante ubique obductus, quae in adultis in margine remanet. *Pori* distincti primo albidi, aut citrini, dein sublutescent.

Huic speciei hoc peculiare inest, quod in optimo vigore ad pilei marginem guttulae, sapore acidae, frequenter effluant, his vero exsiccatis lacunae in pilei margine oriuntur. Ceterum modo per unum annum durare videtur, cum interne strato hand interruptus est, quamvis exsiccatus durissimus evadat.

9. *Boletus Pulvinus*: glaberrimus obtusus, pileo subdimidiato carnoso crasso molli spadiceo, poris secentibus minutis pallidis.

Hab. rarissime ad trunco querinos (in sylvis Solingensibus.)

*Descr.* Inter maximos et crassissimos numerandus, eique hoc peculiare (in *Boletis dimidiatis* ceterum rarissimum), quod tubi facile a pilei substantia secedant.

Spithamam et 2 unc. latus, a basi ad marginem 6 unc. longus, 3 unc. fere crassus, margine sulcato - plicatus, ad tactum mollis, pulvinaris ad instar. Colore primo ochraceus, dein coriaceus, tandem spadiceus. Superficie laevis, s non zonatus, nec rivulosus, et glaber. Substantia mollis, spongiosa, albida, lacerata vero parum rufescit, sapore subacida.

*Tub.*

*Tubi dimidiata unciam longi, et, uti adnotatum, a pilo secedunt. Pori minutissimi.*

*Obs.* Nonnulla ad completam hujus speciei historiam adhuc requiri, fateor, cum in eam nondum plane, uti viderur, maturam inciderim.

**10.** *Boletus adustus:* *dimidiatus imbricatus subtenuis pileo subcarnoso rugoso pallido: margine stricto nigrescente, poris minutis aequalibus cinereis.*

*Boletus adustus,* acaulis fuscescens, margine nigro, poris tenuissimis reticulatis. *Willd. Fl. Berol. prodr.* pag. 638. *Schrader Spicil. Fl. germ.* p. 163.

*Boletus suberosus*  $\beta.$  *conchiformis.* *Batsch. Fl. fung. Cont.* 2. p. 122. fig. 127.

*Hab. ad truncos vere, etiam hyeme leni, satis frequens.*

*Descr.* *Fileus 2 unc. et ultra latus, basi lutescens, ibi saepe lacunoso-rugosus, medio sordide pallidus, et marginem versus gradatim nigrescit, margine extimo iterum ex albido cinerescit, et sub eo albicans, opacus; ceterum fasciis obsoletis pietus, tomentoque tenui obtectus, substantia fibrosus, subsuberous.*

*Pori ipsi parvi, regulares, primo argenteo-cinerei, de-*  
*mum obscuriores, nigrescente-umbrini fere.*

**11.** *Boletus crispus:* *minor, pileo imbricato fuligineo cinereo rugoso: margine undulato-crispo,*  
*nigrescente, poris inaequalibus majusculis argenteo-*  
*cinereis.*

*Hab.*

Hab. sero autumnō raro ad trunco una cum antecedente, cui affinis, a quo vero diversus:

1. quod dimidio minor est,
2. ejusque pileus disco magis rugosus, et margine non stricte inflexus, sed undulato - crispus est.
3. Pori in nostra specie majores sunt, et inter se magnitudine differunt, nonnulli quasi laceri, qui vero non dentatim prominent, margine acuti.
4. Color in universum quidem cum priore idem, sed obscurior est, et subitus ad argenteum tendit.

\*\* *Stipitati: poris a pileo facile secedentibus.*

**12. Poletus subtomentosus: mediocris, pileo carnoso convexo - plano subtomentoso gilvo s. carne subrubescente, poris majusculis irregularibus in stipitem subdecurrentibus, stipite subtenui medio rubicundo, aut unicolori lutescente.**

*Boletus subtomentosus*, stipitatus, pileo flavo, subtomentoso, poris subangulatis, fulvis, planis, stipite flavo. Linn. Fl. Suecica p. 453. Fl. dan. t. 1074.

*Boletus chrysenteron*, stipite subgracili, pileo fornicato, carne lutea, molliuscula, mutabili, tubis luteis, latis, longiusculis. Bull. champ. p. 328. t. 490. f. 3.

*Boletus communis*. Bull. champ. t. 393.

*Boletus lividus* Bull. l. c. t. 490. f. 2. (varietas?)

*Polyporus carne secedente*, petiolatus fulvus, infernawirescens. Hall. stirp. helv. v. 3. p. 145.  $\beta$ . capite eleganter reticulato fusco, lineis distincte luteis. Hall. l. c. Bolet-

~~Boletus gregarius. Vahl. Fl. Dan. t. 1018?~~ (varictas?)

Hab. frequens in sylvis.

Hujus speciei sequentes observavi varietas, aut subspecies, quae vero omnes poris majusculis convenient.

a. B. *subbulbosus*: stipite subbulboso crassiusculo, toto pallido.

b. B. *conoides*: pileo tessellato-rimoso, exsiccato toto nigro indurato.

*Boletus parasiticus*, stipite basi attenuato, pileo fuligineo-fuscente, primum integro, demum profunde rimoso; tubis aureis. *Bull. champ.* p. 517?

c. B. *cupreus*: pileo planiusculo cinnabarino, poris convexulis ad tactum caerulecentibus flavis, stipite flavescente-rubro subtenui. — *Boletus cupreus Schaeff. fung.* t. 133.

d. B. *rubiginosus*: pileo *glabro*, rubiginoso, seu aeneo, exsiccato olivaceo, poris magnis flavescientibus, stipite subtuberoso striato medio rubicundo.

e. B. *murinus*: pileo subvilloso olivaceo-cinereo poris submediocribus concoloribus, stipite longiusculo tereti glabro aut subtomentoso pileo subconcolor.

f. B. *crassipes*, stipite ventricoso.

*Boletus crassipes*, caulescens, subsolitarius, carnosus, pileo convexo aurantio, tuberculis falvis adsperso, primum globoso, attracto, demum planiusculo; iubulis angulosis ampliusculis secedentibus luteovirescentibus, petiolo tereti, ventricoso, luseolo, *Schaeff. fung. bav. v. 4, p. 80. t. 112,*

*Obs.*

*Obs.* *Poris* majusculis, virescente-flavis, stipite proportione tenui rigido, nec non pileo ad tactum molli, subtomentoso, facile dignoscitur.

*Substantia interna* nunc immutabilis, nunc ad tactum caerulescens, ut plurimum rubescens, aut modo versus epidermidem pilei rubra fit. *Stipes*  $2\frac{1}{2}$  unc. longus, ut plurimum 3 lin. crassus. *Pileus* 3 unc. latus, epidermide saepius tessellatum rimosa. *Tubi*  $\frac{1}{2}$  unc. longi.

Varietas  $\mathcal{G}$  a b. Schaeffero observata non constans est, sed crescendi luxurie, uia videtur, orta.

**13.** *Boletus vitellinus*: *pileo convexo subalato*-  
*ceo carnoso*: *substantia compacta*, *tubis brevibus pa-*  
*risque minutis* *vitellinis*, *stipite subtuberoso*: *apice*  
*reticulato flavo*; *medio rubro maculato duriusculo*.

Hab. rarius in faginetis.

*Descr.* *Stipes* 3 unc. longus, basi incrassatus, ibi  $1\frac{1}{2}$  unc., apice vero modo unam unc. crassus. *Substantia* dura elastica, vix in caeruleum colorem mutabilis.

*Tubi* 2 lin. longi, cum poris eleganter flavi, parum caerulescunt. *Pileus*  $2\frac{1}{2}$  unc. latus, 4 lin. crassus, compactus, ad aeris contactum parum caerulescit, sapore demum acescens.

**14.** *Boletus Lencopodius*: *stipitatus*, *pulvinatus*, *pileo planiusculo dilute cinnamomeo nitido*. *poris parvis albis* *stipite longo subflexuoso candido*: *squamulis verruciformibus concoloribus*.

Hab.

Hab. aestatis fine in faginetis.

*Descrip.* Stipes spithamam et ultra longus,  $1\frac{1}{2}$  unc. crassus, sursum subattenuatus, hinc inde sulcatus, rugosus, squamulis rugosis, minutis undique obsitus, quae hac in specie pariter albae sunt.

Tubi unc. 1. fere longi, in fungi medio longiores, hinc pileus subtus subconvexus, ad aëris contactum parum decolorant.

*Pori* magnitudine subaequales, rotundi, parvi.

Pileus sex uncias fere latus, primo ovatus, tunc convexus, demum planiusculus, unc. 1. crassus, ejusque epidermis in margine ad lineam unam prominet, et non inflexus, sed, pileo nondum expanso, stipitem circumdat.

Substantia interna sapore acido, et fricata parum caerulecit.

15. *Boletus aurantiacus*: pileo carnosō nitido subaurantiaco, poris minutis candidis, stipite longo albo: squamulis verrucaeformibus aurantiis.

*Boletus aurantiacus*, stipite scobinaceo, pileo aurantiaco-miniato, concamerato: tubis niveis, longiusculis, *Bull. champ. p. 320. t. 256.*

*Obs.* In plurimis notis cum antecedente convenit, parum modo minor, et stipes praesertim brevior, in quo verrucae pileo concolores, nec albidae sunt. Adhuc ut peculiare adnotandum, quod margo pilei membranaceus inflexus est, porosque annuli ad instar, in juventute praecipue obtegit.

**16.** *Boletus rufus*: pileo dilatato convexo - piano lateritio - rufo rivuloso, poris albidis minutis, stipite longo rugoso - lacero: squamulis e lateritio nigrescentibus.

*Boletus rufus.* Schaeff. fung. bav. t. 208. 103.

*Boletus aurantiacus.* Sowerby engl. fung. t. 110.

*Boletus aurantiacus.* Bull. champ. t. 489. f. 2.

Hab. autumno frequens in sylvis fagineis, et quercinis, aut ad earum margines, inque viis sylvaticis graminosis.

Descr. *Pileus* nonnunquam ad latitudinem, nec non crassitudinem insignem protuberat, ejusque epidermis tessellatim rimosa et rugosa. *Stipes* subattenuatus; 4-6 unc. longus, unc. 1. crassus, squamulis demum nigricantibus strigosus, compactus, sapore dulcescit, fractus intus subviolaceus fit. *Tubi* unc. 1. fere longi, aut ubique plani, aut circa stipitem brevissimi: pileo hinc excavato. *Substancia* mediocriter virescit et rubescit, sapore acescens.

**17.** *Boletus scaber*: pileo subrugoso opaco fuligineo - cinereo, poris pallescente - albis, circa stipitem excavatis, stipite attenuato: squamulis nigrescentibus.

*Boletus scaber*, stipite gracili, hamulis exasperato; pileo fornicate; carne alba: tubis longissimis. Bull. champ. p. 329. t. 152. et t. 489. fig. 1.

β. *Boletus scaber.* Sowerby engl. fung. t. 175.

*Boletus bovinus* Schaeff. fung. bav. t. 104.

Autumno frequens in faginetis occurrit; habitu lirido sese mox distinguit.

Descr.

*Descr.* Stipes basi subtuberösus, sursum attenuatus, saepe flexuosus et subincurvatus, longitudinaliter sulcatus, et ob squamulas minutissimas, nigrescente-cinereas e longinquo cinereus apparet, in fungo decrepito fere nigrescit, 4 unc. longus, unc. 1. crassus, sursum attenuatus.

*Fori stipitis apici solummodo affixi, quo fungus subitus circa stipitem excavatus est, cinereo-albi sunt, demum pallescunt, tandem colorem cinamoenum accipient.*

*Pileus* 2½ unc. latus, semper convexus, imo et campanulatus, rugosus, subviscosus, colore opacus, e distante olivaceo fuligineus; substantia interna spongiosa, rubescit, saepe demum subnauseosa.

*Obs.* Quatuor hasce species (quarum vero tres anteriores forte modo ut varietates, aut subspecies, considerandae sunt) Linnaeus sub una comprehendit, et in *Flora Suecica*, nec non *Speciebus plantarum*, sequente nomine triviali, nec non differentia specifica eas distinxit:

*Boletus caudescens*, pileo luteo, poris teretibus distinctis, lividis, stipite lacero. *Fl. suec. ed. 1.* nr. 1089.

*Boletus viscidus*, stipitatus, pileo pulvinato viscido, poris teretibus, convexis immersis distinctis, stipite lacero *Spec. pl. 1177.* *Fl. suec. Ed. 2.* p. 452. (cum brevi descriptione).

### 18. *Poria Radula: pallescente - alba subtomentosa poris acutis prominulis aspera.*

Hab. ad ramos exsiccatos.

Totus fungus 3-4 unc. longus, unc. 1 et ultra latus, tenuis, suberosus, ubique prorsus, et tomento tenui obtectus.

tectus. *Pori* arte se attingant, margine acuto prominent, ad tactum radulae ad instar asperi.

*Obs.* Huic speciei solenne est, quod in ramo exsiccato: de quo autumno antecedente cultello eam abscidi, ex paucis modo partibus reciduis eodem in ligni loco, sequente anno, aut adhuc eodem in autumno, sese regeneravit, et ut novum fungum priori similem sese restituit, quod per duos annos observavi.

19. *Poria nitida: incarnato - flavescentia nitida, margine sublobato albido. Tab. 4. fig. 1.*

Hab. ad trunco, et ramos exsiccatos.

Tres et quatuor uncias effusa est, unc. i lata, margine excisa, substantia tenuis, sicca, colore grata, nitens, *Pori* minutissimi, rotundati, aut oblongi,

20. *Poria epiphylla: tenuissima alba margine lato membranaceo sterili poris inaequalibus acutis.*

Hab. rarissime in foliis deciduis, locis suffocatis.

*Obs.* Ut antecedens species sese colore, in pluribus hujus generis speciebus ceteroquin albido, distinguit, sic haec loco natali facile dignosci potest, nisi rationem quoque habeas substantiae, quae papyracea est. et quam ob rem margo ut plurimum poris destitutus est.

21. *Poria? cephalotes: subterranea magna subrotunda lacunosa subtuberculosa albida - cinerea, poris rarioribus.*

*B. minor tuberculosa, nigrescente - spadicea.*

Hab.

Hab. in fodinis hiercynicis.

*Descr.* Var.  $\alpha$  spithamam et ultra, lata, 4-6 unc. crassa, subrotunda, forma in universum indeterminata, tuberculo-s-rugosa, et ubique vero lacunis s. foraminibus, a pilei partibus mollioribus antea subhumidis, quae in exsiccato fungo inlabuntur, ortis uti videtur, distincta.

*Substantia* carnos-o-suberosa, pro magnitudine fungi valde laevis.

*Pori modo* (uti in plurimis speciebus subterraneis hoc obtinet) in vetustis et tunc in una alterave parte proveniunt, nec non superficiales sunt.

*Var.  $\beta$ .* colore quidem et parvitato differt, vix enim 5 unc. lata, et  $\frac{1}{2}$  alta est, nihilominus ulteriori examini subjici debet.

**22. Odontia crustosa:** effusa crustaeformis albida subfarinacea glabra: subulis minutis obtusis.

Hab. rarius ad salicis trunco-s vetusto-s, ubi unc. 1-2. effusa *Lichenum* crustae e longinquo subsimilis. Subulae oculo inermi haud distinctae, papillaeformes fere, palescunt.

**23. Odontia Cerasi:** parva inaequalis gibbosa pallida, magrine tomentosa, subulis variis crassiusculis adpressis.

Hab. ad trunco-s et ramos Pruni avium et Cerasi lan-  
guescente-s.

*Descr.* Inter minores quoad ambitum numeranda. Quoad formam convexa, ut plurimum orbicularis, etiam ellip-  
tica.

tica est. *Subulae*, pro fungi parvitate, satis magnae, minoribus majoribus intermixtae, inter se distant, et deorsum spectant: minores acutae, majores obtusae; nonnullae fissae, quae medium occupant locum poros difformes proponunt.

**24. *Odontia quercina*: pallida subrufescens glabra,  
subulis crassis difformibus incisis subadpressis.**

*Hydnus candidum*, Willd. in Bot. mag. 4. p. 14. f. 7.

*Hydnus membranaceum*, coriaceum, sessile, tenue, subfulvo-lateritium, ligno tota superficie superiore adnascens; aculeis brevibus, crassis. Bull. champ. p. 302. t. 481. f. 1.  
(Hujus quoque loci est.)

Hab. ad ramos exsiccatos quercinos.

Descr. Color hujus speciei primum ex albido pallescit, in exsiccato fungo rufescit, ubi superficies tunc pruinata fit. Longitudo triuncialis est; latitudo fere inaequalis. Substantia ramis ubique adnata, coriacea, demum rimosa. In medio fungi junioris etiam in margine, pori laceri conspiciuntur, qui vero in adultis in dentes distinctos demum account; hi basi lata gaudent, et apice bis terque et ultra divisi sunt.

Obs. Haec et antecedens species *Porias* inter et *Odontias* medium tenent locum. Priori enim generi aetate juniori affines sunt; et ad posterius ob dentes manifestos, qui vero nequaquam subulas veras repraesentant, melius referenda, quamvis, nisi absentia pilei et habitus talium fungorum effusorum prohibeat, potius sub genere: *Sistotrema*, fungos inter *Hydnus* et *Boletos* medios continentem militare debeant; conf. Disp. meth. fung. p. 28.

25. *Corticium strigosum*: irregulare bubescentes  
rugosum pallidum.

Prov. passim ad Salices.

An hujus generis? superficies enim epapillosa, et forte ob muscos subjacentes strigose erupta, ubique etiam pubescens observatur; semunciam ad duas uncias magna est haecce species.

26. *Corticium viscosum*: late effusum totum glabrum viscosum, papillis majusculis sparsis.

Hab. sero autumno et fere hyemis initio ad trunco putridos super quos ad latitudinem fere spithameam effusum. Substantia, praesertim ad tactum, viscosum est; ligno ubique adpressum, margine glabrum. Papillae pancae observantur, et nonnullae a superficie trunci rugosa ortae videntur. Fungus exsiccatus valde diminuitur, et sordide fuscescit.

27. *Corticium (Tomentella) ferrugineum*: suborbiculare latum tomentosum ferrugineum.

$\beta.$  *pulverulentum*: laxius contextum; pulverulentum.

Hab. intra fissuras truncorum.

*Varietas* prima tres quatuorve uncias lata est, margine demum intescens, superficie subrugulosa; *Var.  $\beta.$*   $1\frac{1}{2}$  unc. lata, filis rarioribus intertexta, colore dilutiore, et pulvere distincto obsitum.

*Obs.* E longinquuo *Odontiae ferrugineae*. *Disp. melth.* fung. p. 30. exakte simile est.

28. Cor-

28. *Corticium (Tomentella) chalibaeum: tomentosum e chalibaeo demum olivaceo - cinereum, papillis congestis.*

Rarissime ad trunco observatur, sub quorum cortices latet, latitudine antecedentem adaequat, sed crassius est et *papillis*, quae parvae, copiosioribus obsitum. Ad tactum mollissimum. Colore demum fuligineum.

29. *Racodium? aeruginosum: tenue byssinum subevanescens amoene viride.*

Intra fissuras et sub cortice ramorum provenit elegans haecce species; quae tamen exsiccata subnigrescit et minor fit. Recens tres unc. fere lata, superficie laevissima, substantia tenuissima.

30. *Helvella leucophaea: pileo libero ex albo pallescente subtus obscuriore stipite crasso costasolacunoso basi ventricoso.*

*Boletus leucophaeus. Batav. fung. armen. p. 25. t. 3. f. 13.*

*Helvella pallida. Schaeff. Fung. bav. Vol. 4. p. 112. t. 285.*

*Helvella Mitra. Var. 1. albida. Bull. champ. p. 466.*

*Helvella Mitra. Sowerby. engl. Fung. t. 59.*

Hab. passim in sylvis autumno.

*Descr. Stipes longitudine varius, 2-4 unc. et ultra longus: semunciam ad 2 unc. crassus, apice attenuatus, basi ventricosus, canaliculatus, colore candidus.*

*Pileus inflato - difformis, rugosus, stipitis haud adnatus, in primis subtus rugulosus, medio emarginatus, primo albidus; dein, praesertim exsiccatus, e palido lutescens fit.*

*Obs.* Pileo stipiti non adnato ab *Helvella Mitra*, quae colore insuper nigrescit, diversa.

31. *Helvella acaulis: acaulis undulata effusa spadicea subtus fibrillosa pallida.*

Hab. mense Julii in Ericetis hercynicis.

Habitu plus minusve *Sph. deusta* est. Forma varia undulata, hinc convexa, inde plana, superficie sublaevis, brunnea: margine albicans, in statu vetustiori nigrescens, subtus mollis, pallida, 2-3 unc. lata, 2 lin. crassa; substantia carnosa, fragilis; sapore inamoena, fungosa. Stipes distinctus analogus non adest, sed ejus loco in fungi inferioris parte ubique fibrillae nunc crassiusculae, teretes inveniuntur; plerumque vero villo quodam terrae adhaeret, per quem nutrimentum accipit, haecce Species.

*Obs.* Hujus loci Elvela inflata Schaeff. fung. bav. v. 2. t. 153. sed plares illos petiolos, quorum in descriptione et icone, mentio facta est, in meis exemplaribus, saltem tam distinctos hic usque nondum vidi.

32. *Leotia acicularis: minuta gregaria candida, pileolo primum subcavato dein convexo, hemisphaericō.*  
Tab. V. fig. 1. a. b. c. et Tab. VI. fig. 1. et 2.

*Helvella agariciformis Sowerb. engl. fung. t. 67.*

Hactenus solummodo ad truncos quercinos putrescentes autumno inveni.

*Descr.*

*Descr.* Stipes 5 lin. longus,  $\frac{1}{2}$  -  $\frac{3}{4}$  lin. crassus, basi villo albido trunco adhaerens, intus solidus, apice in nonnullis semel divisus, subattenuatus.

*Pileolus* in junioribus, quod modo in nonnullis ejusdem acervuli observare licet, cupulaeformis excavatus, deinde convexo-hemisphaericus, glaber, carnosus, lin. 1. magnus, opacus, pruinatus. Quoad partes fructigeras *Pezizis* et *Helvelli* similis est haecce species; thecas enim habet octo sporulas refertas, paraphysibusque cinctas (Tab. VI. fig. 1.). Color ut plurimum albus, in diversis specimenibus vero cinerescit et subolivaceus fit; quam coloris mutationem *Leotia lubrica* saepe quoque subit.

*Obs.* An jure hoc ad genus relata est?

*Pezizas* inter et *Leotias* medium tenet locum. *Helvelia acicularis* Bull. champ. p. 296. t. 473. f. 1. ob pileum membranaceum revera *Helotii* species est, quamvis primo intuitu nostro fungo haud absimili sit.

33. *Leotia? fimetaria: gregaria amoene rubra, pileolo convexo subangulatoque plano.* Tab. V. fig. 4. et 5.

Rarior ambiguus hic fungillus occurrit in fimeto vacino, autumno, Substanzia parum sicca et diu immutabilis asservari potest haecce species. In juventute formam habet homogeneam subconicam; deinde pileolo est instructa forma vario: nunc convexo-hemisphaericu, nunc planiusculo et subquadrangulari.

34. *Aegerita? Lichenoides: crusta pulverulenta tenuissima albicans: granulis dilute incarnatis grumosis.* Tab. VI. fig. 10. (lente valde aucta).

Hab.

Hab. primo vere ad terram inter muscos.

Ob crustam, quae vero parca est, ad plantas *Lichenoides* pertinere videtur, sed granula magnitudine plantulae naturali tertiam lineae partem modo adaequantia, natura sunt fungoidea, carnosa, superficie tuberculosa s. saccarinæ.

*Obs.* *Tremella cinnabarina*, minima, subgelatinosocarnea, bullata, miniacéo-purpurea; superficie granulosa. *Bull. champ.* p. 218. t. 455. f. 2. ob substantiam et colorem diversa, quamvis melius ad *Aegeritas*, quam ad *Tremellas* referri debeat.

35. *Aecidium cornutum*: *aurantium*, *peridiis griseis longissimis curvatis*. Tab. IV. fig. 45.

*Aecidium cornutum*, flavum, thecis longissimis subarcuatis alivaceo - griseis. In *Gmel. Syst. nat. Linn.* II. p. 1472.

*Lycoperdon corniferum*, tuberculo flavo: tubulis curvatis, integris. *Fl. dan.* t. 838.

Hab. autumno in foliis *Sorbi Aucupariae*.

*Tuberculum rufo-flavum*, 2-3 lin. latum, primo laeve, e quo deinde prominent peridia huic speciei longissima, basi latiora, subdivergentia, grisea, seu ex dilute olivaceo-cinerea, apice inaequaliter rupta. *Pulvis concolor.*

36. *Aecidium Ranunculi acris*: *macula nulla*, *cespitulo forma vario*, *peridiis confertis tenuibus* *flavescensibus*.

Hab. interdum in foliis *Ranunculi acris* et ut plurimum ad eorum nervos; colore opacum, flavum; unam ad tres,

tres, lineas longum; nunc oblongum, utrinque subattenuatum; nunc inaequaliter rotundum. Peridia sibi dense approximata, tenuia, hinc subcompressa, apice in dentes latiusculos, revolutos, fissa.

37. Aecidium *Ficariae*: cespitulo vario inaequali  
crassiusculo laete flavo, peridiis subdistantibus.

Prov. vere non infrequens in petiolis et in foliis Ra-  
nunc. *Ficariae*.

Pro diverso loco forma varium;  $1\frac{1}{2}$  - 5 lin. latum.  
colore aureum.

Peridia cylindrica, non valde prominent, ore integerri-  
mo instructa.

U R E D O.

*Peridium nullum. Pulvis sub plantarum epidermide*  
*effusus, hac margine integro rupta, vario modo*  
*erumpens. Sporulae uniformes.*

38. Uredo *Euphorbiae Cyparissiae*: con-  
ferta-*orbicularis*: ore subconnivente, pulvere obscure  
fusco nigrescente.

Aecidium *scutellatum*, sparsum albidum, seminibus  
fuscis in Gmel. *Syst. Nat. Linn.* p. 1473.

*Lycoperdon scutellatum. Schrank. Fl. bav. 2. p. 631.*

Hab. in foliis languescentibus *Euphorb. Cypariss.* Ut  
mihi videtur, talia hujus *Euphorbiae* specimina lon-  
gioribus, sed angustioribus instructa sunt foliis. *Pulvis*  
seminalis amoene fuscus, atropurpureus fere, et in ces-  
pitulum tam distincte rotundatum ac epidermidi folio-  
rum ita arcte inclusus hac in specie observatur, ut  
quis-

quisque primo intuitu seduci possit, ad huncce fungillum pro *Aecidii* generis speciem putandum.

39. *Uredo Rubi Idaei: sparsa fluva subconica, folii epidermide gyrose rupta.*

Prov. ad foliorum *Rubi Idaei* paginam superiorem, que a plurimis differt speciebus; sed in ea adhuc hoc peculiare observatur, quod foliorum epidermidis ruptas margines, uti in *Umbilicariarum* gyromatibus hoc locum habet, plus minusve contorti sunt.

40. *Uredo suaveolens: confluens odora inaequalis, pulvere dilute fusco-purpureo.*

Hab. frequens aestate io *Serratulae arvensis* L., tunc sterilis, foliis.

Deser. Talia folia primum quasi pinguia apparent, et punctulis nigrescentibus, quae, sub lente ut tubercula rotunda apparent, variegata, hunc ob fungillum langescentia, et nescio qua ratione, gratum spargunt odorem. Sub fungi maturitatem loco tubercularum pulvis observatur laete fuscus et ad foliorum superficiem ubique effusus.

### P U C C I N I A.

*Peridium nullum. Sporulae? conglomeratae, e tereti subturbinate caudatae, septulis distinctae.*

41. *Puccinia Anemones: detergilis subglobosa badia, sporulis utrinque rotundatis uno septulo medio constrictis.* Tab. VI. fig. 5.

*Aeci-*

*Aecidium fuscum.* Reh. fl. cantabrig. nr. 1199. Sowerby  
engl. fungi t. 53. (exclusis synonymis).

Hab. vere in fol. *Anemones nemorosae*, quorum margines, ut plurimum in seriem 1-3 cespitulorum digesta, occupat, in formam globosam ultra folii superficiem prominet. *Uredinis* ad instar ad tactum digitos inquinat. *Pulvis* colore obscure badius, nulli *Peridio* inclusus, quod nihilominus ad icones cl. Sowerbei quisque conjiceret. *Aecidium Anemones* (Disp. menth. fung. p. 56.) s. *Lycoperdon Anemones* Pulteney e contrario gaudet peridio s. capsula, cuius margo aut levis, aut dentatus est.

42. *Puccinia Valantiae:* sparsa nigrescente  
spadicèa, sporulis fusiformibus s. oblongo-ovatus.  
Tab. VI, fig. 4.

Hab. in *Valantiae cruciatae* foliis, autumno. *Acervuli* parvi, globosi. *Sporulae* in caudam crassam confluent, septulo unico distinctae.

43. *Silerotium populneum:* epiphyllum conge-  
stum subimmersum rarium e carneo- rufum, demum  
nigrescens.

Prov. autumno et hyeme in foliis deciduis exsiccatis *Populi nigrae*, aversa in eorum pagina, hinc verrucosa squamulosa.

Deser. Totam foliorum superficiem fere occupant hi fungilli, iisque ad dimidium immersi arcte adhaerent, subdepressi, forma varii: subrotundi, hemisphaericæ subreniformes;  $\frac{1}{2}$  lin. lati. Plura specimina quoque secum confluent. Substan-  
tia

tia carnosí, duriusculi, dimidiā lineām vix lati; exsiccati nigri apparent, aqua irrigata e carneo rufescunt,

*Obs.* Quamvis de hujus fungilli loco anceps parum adhuc haeream, melius tamen, uti mihi videtur, *Selvotius*, quam ulli alii generi adnumerandus sit. In nonnullis individuis vidi superficiem ostiolis s. foraminulis ore fibrilloso instructam; alia specimina e contrario tempore vernali observavi tomentulo fulvo obtecta.

44. *Lycogala miniata: gregaria globosa primum miniata, deinde fuscente-fuliginea, pulvere roseo.*

*Lycogala miniata.* *Disp. meth. fung.* p. 7.

*Lycoperdon epidendrum* cortice farinaque purpurea. Linn. *Fl. Suec.* ed. 2. p. 459. *Fl. dan.* t. 760. *Sowerb. engl. fung.* t. 52.

*Lycoperdon epidendrum*, parasiticum, sessile, globosum purpureum, cortice fatiscente, brunescente; polline seminali lilaceo v. *Wulf* in *Iacq. coll. aust.* tom. 1. p. 548.

*Lycoperdon pisiforme*, globosum scabrum; ore perforato. Linn. *Syst. veg.* ed. 15. p. 1020. *Iacq. misc. austr.* 1. t. 7.

*Lycoperdon epidendron*, exiguum, subglobosum, carne sanguinea; seminibus cinereo-rufidis: pericarpio friabili. *Bull. champ.* p. 143. t. 503.

*Tremella nigricans*, carnosa, crassiuscula, irregulariter bullato-complanata, primum coccinea; deinde nigra. *Bull. l. c.* p. 217. t. 455. f. 1.

*Lycoperdon epidendrum* Bolt. *funguss.* t. 119. f. 1.  
(Figura naturae incongrua; massa enim seminalis nunquam scapse tali modo propellitur.)

Lyco-

*Lycoperdon epidendrum*, miniatum pulverem fundens  
Buxb. enum. Pl. circa Halam nasc. p. 203.

*Galependrum epidendrum* (fungus junior gelatinosus;  
adultus pulveralentus, membrana apice non dehiscente  
tectus) Wigg. prim. fl. hols. p. 108-109.

*Bovista miniata*, pisí majoris magnitudine. Dill. Giess.  
p. 197.

*Lycogala globosum*, grani pisí magnitudine, aëris re-  
cocti colore. Mich. N. Gen. pl. p. 216. t. 95. (a pleris-  
que ad *Sphaerium fragiformem* perperam allegatur.)

*Muscor fragiformis*. Schaeff. fung. t. 195.

*Lycoperdon sphaericum*, sessile; ore in apice vel inte-  
gro vel inaequali et radiato Gleditsch meth. fung. p. 150?  
(quoad synonyma.)

*Mucor sphaericus*, sessilis, conglomeratus, fructifica-  
tiones in liquamine continens. Gled. l. c. p. 161. (Plura  
exempla adhuc adducere possum, e quibus elucebit,  
beat. *Gleditschium*, ceterum de re botanica, praesertim  
de Oeconomia bene meritum, magnam sui libelli par-  
tem e Michelio, non ex autopsia, conscripsisse.)

Hab. augusto mense satis frequens ad truncos pu-  
tridos, ubi colore amoene rubro, cum nondum matura-  
sit, oculos allicit; deinde opaca et sordide fuscescens eva-  
dit: pulvere copioso interne remanente roseo, qui du-  
abus cinetus est membranis, quarum prior ut epidermis  
tantum laxa, nec rigida crassiuscula, uti in Didermatibus,  
haberi potest, cum in juniore fungo solum detrahi possit.  
Granulis porro minutis, sparsis est obsita, hinc *Lycoperdon*

pis-

*pisiforme L.*, etiam quoad specimina a *Schwarzio* mihi missa non specie differre videtur.

*Obs.* Quando aestate pluviosa justo maturius appareat, et radiis solaribus ex gr. in *Saiicibus* cavis nimis exposita ob calorem prohibita sit, quo minus plane maturescat, tunc exsiccatur et indurata nigrescit, hoc in statu uti mihi videtur, *Tremellam nigricantem Bulliardii* sistit.

Ceterum b. *Bulliardus* sequentes adhuc observavit variantes, quae forte diversa tantum maturitatis stadia indicant.

*Var. 1.* *Lycop. epidendron, aurantium, laeve.* Tab. 503.  
fig. 1. a. B.

*Var. 2.* *L. epidendron, miniaceum, basi nigricante: superficie sublaevigata.* Fig. 11. c. D.

*Var. 3.* *L. epidendron fuligineum, superficie granulosa.* fig. 4. h. i.

*Var. 4.* *L. epidendron rufidum, superficie vesiculis inaequalibus conspersa.* fig. 5. e.

*Var. 5.* *L. epidendron plumbeum, superficie sublaevigata.* fig. 5. K. L. M. N.

## T U B U L I N A.

*Peridia tubuliformia, in cespitulum subconnata, membranac utplurimum imposita. Pulvis nudus.*

45. *Tubulina fallax: opaca subumbrina, tubulis apice in corticem uniformem connatis.*

*Hab.* rarissime ad truncos.

*Obs.*

*Obs.* Singularis haecce species primo intuitu initium cuiusdam alius fungi speciei: v. c. *Boleti*, aut *Sphaeriam* quan-  
dam mentitur; rupta vero *tubulos* pulvere résertos ostendit.  
Forma irregulari est: nunc subrotunda, nunc elongata,  
flexuosa,  $\frac{1}{2}$  — 1 unc. longa. Quo vero colore aeta-  
te juniore induita sit, nescio, cum eam jam maturam in-  
venerim.

46. *Tubulina fragiformis*: primum *rubra*, dein-  
de *ferruginea*, *tubulis* *subincrassatis* *apice* *distinctis*.

*Stemonitis ferruginosa*. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. p. 263.  
t. 175.

*Trichia fragiformis*. *Withering bot. Arrang.* t. 3. p. 480.  
(excluso citato: *Lycop. vesparium* *Batsch.*)

*Mucor tubulosus*, *hemisphaericus*, ex *tubulis* *congestis*.  
*Retzii Fl. scand.* p. 259.

*Licea Tubulina* *Schrader* N. gen. pl. p. 16. (exclusis  
nonnullis synonymis.)

Hab. aestate post pluvias ad truncoſ frequens.

Tres lineaſ ad unc. 1. lata; priore in caſu orbicularis,  
posteriore forma inaequali. *Substantia* primum mollis,  
carnosa, et tunc colore eleganter rubro, fragiſimile,  
matureſcendo in ſordide ferrugineum, opacum transit;  
pulvere concolor tota repleta.

*Obs.* De ſequentiibus affinibus fungillis in dubio ad  
huc vefor, utrum revera ſint species, notis constantibus  
diverſae, an modo varietates aetate et loco discrepan-  
tes. Ulteriori examini ut ſubjici poſſint, eas hic ut va-  
rietates aut subspecies enumerari, non abſ re duco.

et. T.

*az. T. papillata*: majuscula subeffusa ferruginea tubulis apice papillatis.

Hab. passim in sylvis ad truncos, omnibus in partibus cum *T. fragiformi* convenit; peridia modo papillam subteretem, sphaerulam similem, exseriunt.

*β. T. clavata*: primum rubra, basi nigrescens, deinde ferruginea, tubulis liberis clavatis.

*Sphaerocarpus fragiformis*, sessilis, pericarpiis cylindraceis, clavatis; prima aetate roseis, dein subfuscо-ferrugineis. *Bull. champ.* p. 141. t. 584.

*Licea clavata*, peridiis clavatis connatis fusco ferrugineis. *Schrad. N. Gen. pl.* p. 18.

Pariter ad truncos observatur. Meo judicio non differe videtur a *T. fragiformi*, quocum descriptio *Bulliard* convenit; verum quoad iconem peridia curvata sunt et secum non cohaerentia, sed ab invicem distantia, nisi ex improviso ita delineata sint.

*γ. T. conica*: ferruginea, tubulis ultra dimidium cohaerentibus conicis: apicibus primo albidis, dein concoloribus.

*Sphaerocarpus cylindricus*, sessilis; pericarpiis cylindraceo-elongatis, ferrugineis, apice acuminatis; prima aetate niveis. *Bull. l. c. p. 140. t. 470. f. 5. T. 2.*

*Obs. Schraderus (l. c.)* hanc speciem pro eadem agnoscit, quae a plurimis auctoribus descripta est et enumerata, quorum catalogum recensuit; verum b. *Bulliard* nihil perhibet de fungillo, an prima aetate ruber sit, quod tamen de antecedente, quem in *Gallia* vulgarem dicit, affirmat. *Tubuli* quoque attenuati sunt, apice liberi et ibi in statu juniore albidi, quod vero de *T. fragiformi* non valet.

δ. T.

*δ. T. coccinea*: suborbicularis convexa carnoso-ceracea coccinea. Roth. Cataloga bot. 1. p. 243.

In Salice cava lecta.

*Obs. 1.* Secundum sequentia auctoris verba, siccatus coccineus remanet, nec niger, aut ferrugineus, evadit hicce fungillus. *Tubuli carnosí*, omnes quidem connexi, culelli tamen ope, absque singulorum destructione, separabiles, apice obtusi et liberi, nitentes, rore aucti, ita ut tota fungi superficies rore coccineo madefacta esse videatur.

Cel. Schrader e contrario affirmat, se ex speciminibus a Threntepohlio acceptis edoctum esse, *Tubulinam coccineam* modo *T. fragiformis* juvenilem statum efficere.

*Obs. 2.* Adnotare adhuc non possum non, mihi semel in *Hercynia* fungillum obvium fuisse, qui omnino hujus generis, sed diversa species, esse videtur; *tubuli* enim oblongo-rotundati, et toti albi, molles, fluxiles fere, quod statum immaturum indicaret, eumque maturinge omnino majorem consistentiam, aliisque, aliis *Trichii* analogum, colorem accepturum esse.

*Obs. 3.* Sowerby in novissimo suo, ac eleganti opere: *Coloured figures of english Fungi or Mushrooms* t. 169. hujus generis speciem sub nomine: *Reticularia multicapsula* exhibuit, quae omnino diversa esse posset, cum formam habeat elongatam, et  $2\frac{1}{2}$  unc. longa, nec non unam lata sit, quae quoad iconem insuper immatura ex albo et fuscente variegata est; matura vero fusco-terrea, ejusque tubulorum apices, operculorum ad instar, circumscissi dilabuntur. Quamvis eam hactenus non viderim, sequente sub nomine, nec non differentia, eam hic quoque enumerare volo:

*Tubu-*

*ε. Tubulina operculata: magna, subumbrina, primo variegata, tubulis apice demum circumscisis.*

47. *Trichia varia: peridiis decumbentibus subteretibus reniformibusque nonnullis subrotundis.*

*Stemonitis varia, capitulis decumbentibus, oblongis subreniformibusque; in Gmel. Syst. Nat. I. II. p. 1470.*

*Lycogala luteum, omnium minimum, reniforme. Micheli N. gen. pl. p. 216. t. 95. f. 4.*

Hab. autumno ad truncos putrescentes.

Pro more primum alba est, mollis, deinde ochracea, omni stipite destituta. Nonnulla peridia subrotunda, plura elongata, multa utrinque subincurva, magnitudine communia, verum non, ex. gr. in sequente, in tanta copia simul proveniunt.

*Obs. Hujus speciei sequentes dantur varietates:*

$\alpha.$  *diluta: major colore dilute-flava, magis linearis subrotundaque.*

$\beta.$  *subrufescens; minor, ex ochraceo - subrufescens, magis reniformis, rarius subrotunda.*

48. *Trichia vulgaris: sparsa peridio e tereti sub-turbanato, stipite vix ullo nigrescente.*

*Trichia turbinata Sowerby engl. Fung. t. 85.?*

Hab. frequens autumni initio in truncis putrescentibus, in faginetis, post densas pluvias, ubi sese ut granulis albis primo facile manifestat, tunc pro more fluxilis s. lactea, deinde ochracea, opaca, inter se distans. Primo intuitu omnino sessilis videtur, uti nonnulla

nulla individua quoque revera acaulia sunt, sed lente modo simplici adhibita stipitem brevissimum, nigricantem, invenies.

*Obs.* Sequentes tres species forte ut varietates, aut subspecies, considerandae veniunt.

49. *Trichia cylindrica*: *subgregaria ochracea*, *peridiis cylindraceis ovatisque medio constrictis*, *stipite nigrescente vix ullo*.

Hab. rarius ad truncos, aut ad muscos.

Inter minores et elegantiores pertinet. Tota intusque obscure flava. *Peridium* aut teres, aut versus apicem parum attenuatum, medio ut plurimum constrictum.

50. *Trichia cordata*: *subsessilis parva sparsa*, *flavescens peridiis subcompressis obcordatis*, *stipite brevissimo nigrescente*.

Prov. passim ad truncos; inter minores pertinet, colore sordide-flava. *Peridium* ut plurimum subcompressum, medio parum emarginatum.

51. *Trichia pyriformis*: *gregaria subsparsa*, *peridio pyriformi lutescente*, *stipite breviusculo nigrescente*.

*Trichia pyriformis*. *Bull. champ. t. 417. f. 2.* (sed *stipes* crassior est et unicolor flavus.)

*Vari. ♂. major*, *flavescens*.

*♂. minor*, *ex pallido subolivacea*, *subnitens*.

Hab. ad truncos. Fructum *Pyri communis* exacte representat, praesertim var.  $\alpha.$ , quae vero rario occurrit.  $\beta.$  frequentius reperitur, minor est et fragilior; colore extus, intusque, e lutescente dilute-fuliginea, aut dilute et sordide olivacea; inter hanc nonnulla observantur individua stipite longiusculo instructa.

**53.** *Trichia clavata*: *gregaria* obovata flava subnitente stipite longiusculo rugoso deorsum attenuato, rufescente.

*Disp. meth. fung. p. 10.*

$\beta.$  *discoides*; minor, peridio disco depresso, opaco, nigrescente, deciduo.

*Trichia pyriformis*, lute vernicosa; capsulis turbinatis, in stipitem cylindraceum desinentibus *Sibth. Oxon. p. 406.* Huc pertinet.

Hab. ad truncos, nunc subsolitarie, nunc in agmine denso proveniens. *Peridium* deorsum elongatur, et attenuatur, versus apicem obsolete striatum, 2—3 lin. altum, nitens. *Capillitium* pulvisque flavus.

$\beta.$  minor est, ejusque discus, qui plano-depressus et substantia, et colore, differt, quo delapso *peridium* demum infundibuliforme fit; sed solummodo status immaturus videtur, dum fungillus, nondum bene maturus, lectus, domi iusto citius forte exsiccatus est; hoc nonnunquam in aliis speciebus locum habet, verbi causa in *Trichia fallace*; confer *Obs. Mycol. I. p. 59 et 60.*

53. Tri-

53. *Trichia ovata*: *congesta sessilis obovata*, colore opaco ex ochraceo alutaceo. Obs. Mycol. 1. p. 91.

*Trichia pyriformis*. Disp. meth. fung. p. 10.

*Clathrus turbinatus*; *acaulis*, *turbinatus*, *villo flavescente*. Huds. Fl. angl. p. 632.

*Trichia pyriformis*. Villars Dauph. t. 5. p. 492.

*Mucor pyriformis*; *excipulum sessile*, *flavescens*, *simile pyro inverso*, *aut Cucurbitulae scarificatoriae*. Scop. carn. ed. 2, vol. 2. p. 292.

*Trichia turbinata*. Withering bot. arrang. of British. pl. v. 3. p. 480.

*Clathrus turbinatus*. Bolt. Fungus. t. 94. f. 5.

*Trichia gregaria*, *sessilis*, *pyriformis flava*. Hall. helv. 2160. t. 48. f. 7.

*Lycoperdon luteum*. Relh. Fl. cantab. suppl. 2. nr. 1103.

*Lycoperdon epiphyllum*. Lightf. Scot. p. 1069. (excl. synonymo).

Obs. Hujus speciei, in parte priore amplius jam descriptae, hic iterum mentionem facere licet, partim ut cum antecedentibus speciebus affinibus, distinguendi causa, simul enumeretur, partim ut omnia synonyma, mihi nota, ibi omissa, sub quibus in Botanicorum libris descripta est nec non delineata, ad confusionem praecavendam, simul allegentur.

54. *Monilia Penicillus*; *gregaria citrina*, *stipe tomentoso*; *filis in capitulum congestis laevissimis*. Tab. IV. fig. 8.

Hab. rarissime in stercore murino, s. muscerda.

*Fungillus* hicce persistens est, stipite rigido instrusus, colore flavo-virens. Fila capitulum constituentia in Moniliis articulata sunt, in hac specie vero uniformia: an igitur jure hoc relata?

*Obs.* Simul eodem in loco alium fungillum inveni, capitulo cæsio, solidiusculo, distinctum; (*confer Tab. citatae figuram 10.*) ubi lente aucta propositus est, de quo dubito, an nostri fungilli statum juniores indicet, aut an ad *Stilbi* genus, uic probabile, pertineat.

55. *Fuligo pallida*: *late effusa pallide sulphurea, cortice laeviusculo foraminuloso rugoso rigido.*

*Hab.* vere passim ad truncos exsiccatos populneos.

*Descr.* Cespitus subrotundus, 2-3 unc. longus, 1 unc. crassus. *Cortex* exterior hinc inde foraminulosus, s. tabulosus, verum non cellulosus, uti hoc in *Fuligine flava* (*Disp. meth. fung. p. 8.*) locum habet, basi pro more membranacea; interne e pulvere semineo nigro, fibrisque laminosis, flavo virescentibus, eleganter variegata, externe primo subvitellina, demum expallescit, et sordide alutacea evadit.

56. *Amanita pusilla*: *pileo haemisphaerico subumbonato subpiloso incarnato-albido, lamellis ventricosis roseis stipite fragili albido: volva inflata 4-5 fida: laciniis erectis.* Tab. IV. fig. 4 et 5.

*Agaricus volvaceus minor.* Bull. champ. tab. 550.

Elegantem hancce speciem in areis hortorum sparsim crescentem, his in regionibus, autumno vidi.

*Descr.*

*Descri.* *Volva* radicalis caliciformis, persistens, utplurimum quadrifidus: lobis erectis, apice subincurvis, 2 lin. magnis, externe sericeis. *Stipes* semiunciam ad unciam altus, cylindricus, candidus, pellucidus. *Lamellae* inter se distantes, liberae s. stipiti vix annexae. *Pileus*  $\frac{7}{2}$  unc. latus, disco planus, margine reflexus, circa umbonem, qui brevis et obtusus, depresso, pilis sericeis adpressis obsitus, fragilis, et subliquescens quasi, ob lamellas transparentes, colore subincarnatus.

57. *Amanita muscaria*: pileo aurantio-rubro nitido, verrucis, lamellis, stipiteque candidis.

Disp. meth. fung. p. 67.

Var.  $\beta$  formosa: pileo aurantio-fulvo, verrucis laxis subflavescentibus, lamellis albis, stipite longissimo squamoso-floccoso annuloque flavis.

Hab. in faginetis, autumno; quatenus  $\beta$ . ab *Amanita muscaria* vulgari, in pinetis ut plurimum crescente, differat e sequente descriptione elucebit.

*Stipes* spithamam longus, pro ratione tenuis, basi, s. bulbo crasso ovato - subrotundus, subalbicans, intus, bulbo excepto, flavescentis, ejusque medulla subexcavata, spongiosa, alba; superficie mollis, fusfuraceo-squamosus, colore demum expallescit; apice, seu supra annulum, magis et permanenter flavus: *volva* stipiti adpressa, obsoleta.

*Lamellae*  $\frac{7}{2}$  unc. latae, albae, conformatae. *Pileus* primum ovatus, demum convexus, planus, obsolete umbonatus, margine striatus, subcarnosus, praesertim margine demum

num flavescentis. *Verrucae* in nondum explicato pileo sor-  
dide flavescent, magnitudine variae.

*Sapor* huic fungo equidem non ingratus.

*Obs.* *Agaricus aurantius*. *Bull. champ.* t. 120. *volva laxa*,  
et lamellis flavis satis superque discrepat, qui ad alte-  
ram hujus generis divisionem quoque pertinet.

58. *Amanita aspera*: *pileo carnosō compacto um-  
bonato rufescente fuligineo, verucis acutis aspero,  
lamellis confertis candidis, stipite fibrilloso sub-  
blbouso*.

*Agaricus asper*. *Abbild. der Schwämme*, drittes Heft.

*Agaricus verrucosus*. *Bull. champ.* pl. 316.

*Agaricus Myodes*, *stipitatus pileo pallide rubro, su-  
perficie pustulato: pustulis subangulatis, apice fuscis;  
velo albo permanente stipite brevi basi crassiusculo  
rubro*. *Bolt. Fungif. Appendix* pag. 159. t. 139. (excl.  
synonym. Etiam hujus loci est, tertia parte modo  
minor).

Hab. *passim in sylvis*, ut plurimum solitarie.

*Descr.* *Pileus* primo ex ovato subteres, explicatus, 6  
unc. latus,  $\frac{1}{2}$  unc. crassus, substantia compactus, odore  
fortis, ad marginem, ob epidermidem hic dehiscentem,  
saepe albo-lineatus; *Verrucae* parvae, erectae, acumina-  
tae. *Lamellae*, pro more hujus generis, liberae, tennes.  
*Stipes* 4-6 uncias altus, solidus, basin versus, a volva  
incompleta, verucis squamulosis obsitus. *Annulus* non-  
nunquam subobliteratus, et in margine pilei per partes  
remanens.

*Obs.*

*Obs.* *Agaricus verrucosus Bulliardii* (non *Hudsonii*, et *Boltonii*) huc pertinet, quamvis figura naturae non prorsus fida, et praesertim verrucae globosae, non vero acuminatae sunt delineatae.

Ceterum haec species transitum ad (meum) *Agaricorum* genus efficit.

**79. Lactarius controversus:** *gregarius albus maculis zonisque obsolete sanguineis variegatus margin'e revoluto tomentoso lamellis simplicibus incarnato-pallidis.*

*Agaricus piperatus*, caulescens, pileo planiusculo, lactescente: margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis.  
Linn. *Fl. Suec.* p. 445, var.  $\alpha$ ?

*Agaricus acris.* *Bull. champ. pl. 538. B. D. E. F. M?*

Habitat in faginetis, autumno pluvioso, intra folia decidua, ubi cespitem efformat.

*Descr.* *Stipes  $1\frac{1}{2}$  ad 2 unc. longus, fragilis; tomento brevi, acetate praesertim juniore, obtectus, solidus.*

*Lamellae*, fungo nondum explicato, s. adhuc juniore, jam pallescunt, in stipitem subdecurrunt, hic quidem parum crispae, et semel furcatae, sed in medio, et ad pilei marginem non amplius ramosae,  $1\frac{1}{2}$  lin. latae, tenues, confertae; sed non, uti in sequente, dense sibi accumbentes.

*Pileus* juniorum margine totus revolutus, rugosus, et tomento brevi obtectus; in adultis magis quidem explicatus, sed tamen deflexus remanet, superficie ad tactum subviscosus, substantia valde carnosus, rigidus; in juventute hinc inde maculis inaequalibus, sanguinibus, obtectus

tectus, quae in maturis zonas, non quidem valde manifestas, rubellas efformant, in medio aequabiliter et profunde primum excavatus, deinde magis applanatus evadit. Succus lacteus ab initio quidem non valde acris, dein tamen fragantissimus.

60. *Lactarius piperatus*: pileo depresso margine expanso glabro albo, demum sordide pallente, lamellis congestis candidis furcatim divisis.

*Agaricus piperatus*, totus albus, opacus; pileo foveato; laminis angustis, bifurcato-ramosis, parallelis densissimis. Batsch *El. fung.* p. 53. fig. 59.

*Agaricus amarus* Schaeff. *fung.* t. 83 (hujus loci est).

*Agaricus piperatus* Bolt. *Fung.* t. 21. (Stipes modo nimis altus, et ventricosus delineatus.)

Hab. frequens in faginetis, vix vero unquam in pinetis.

Descr. Stipes glaber, deorsum subattenuatus. Lamellae lin. r. latae, tenuissimae, et praesertim in juventute sibi dense approximatae, plures usque ad marginem pilei furcatim ramosae s. bifidae. Pileus 2-4 unc. latus, subinfundibuliformis, acetate juniore margine vix revolutus, demum plerumque expansus, superficie expallescit, et saepe rimosus fit, ceterum opacus, siccus, glaberrimus, sed in nonnullis individuis vetustis, (an ut varietatibus hinc putatis? nescio unde hoc accidat), subtomentosus et margine strigosus quasi evadit, quae malum quoque spargunt odorem.

Obs. Sequens varietas luxurians, quoad magnitudinem insignis, nonnunquam in sylvis observatur.

β. ex.

*B. exsiccus:* magnus infundibuliformis exsiccus; lamellis sparsis subdistantibus pallescentibus subcrispis.

*Agaricus giganteus.* Leyff. Fl. Hal. nr. 1213.

*Agaricus infundibuliformis.* Hoffmann, nomenc. fung. p. 110.

*Agaricus Leisteri.* Sowerby engl. Botany t. 104.?

*Fungus infundibuliformis, maximus, albus.* Buxb. cent. 4. t. I.

*Agaricus acris.* Bull. l. c. II, G.?

**61. Lactarius torminosus:** pileo umbilicato zonato incarnato - ochraceo: margine revoluto villoso, lamellis ramosis albis.

*Agaricus torminosus.* Schaeff. fung. bav. t. 12.

*Agaricus necator.* Bull. champ. t. 529. f. 2. (optima).

Hab. autumno in sylvis, locis graminosis.

Descr. *Stipes cavus, pileo concolor, 2 unc. longus, unc. 3/4 crassus, deorsum attenuatus, hinc inde sublaeonusus, s. maculae lacunaeformes in ipso observantur. Lamellae angustae, 1 1/2 lin. fere latae, pallescunt, versus stipitem ramosae. Pileus 3 unc. latus, medio infundibuliformis, ibi glaber, margine hirsutus et valde revolutus, Substantia compacta. Lac album, fragrans.*

Obs. *Agaricus crinitus* Schaeff. fung. bav. t. 228. et *Agaricus scrobiculatus.* Ejusd. l. c. t. 27. modo hujus speciei varietates videntur.

## 62. Lacta-

62. *Lactarius Necator*: pileo subdepresso ex olivaceo umbrino: margine tomentoso involuto, lamellis subincarnatis.

*Agaricus necator*. *Bull. champ.* t. 15. *Gmel. Syst. Nat.* Linn. 2. p. 1412.

Hab. rarius in pinetis, et faginetis. Antecedente major, ejusque pileus subviscosus, opacus, nunc obscure umbrinus, nunc ad olivaceum tendit. Stipes quoque lactescit, pileo concolor, sed dilutior. Succus albus, acer.

*Obs.* Nescio, quare b. Bulliard tam diversas species uno eodemque induerit nomine.

63. *Agaricus (Bombycinus) infractus*: pileo carnoso olivaceo - fuligineo: margine infracto- inflexo, lamellis olivaceis nitidis, stipite bulboso pilo subconcolore, aut pallescere - coeruleo: velo ferugineo.

Singularis et pulchra haecce species provenit in faginetis.

*Descr.* Stipes subnitens, 3—2 unc. longus, unc. 1. crassus, bulbus ovalis, superficie fibrillosus.

Lamellae, ob pilei formam, saepe reflexae, crispaes s. undulatae, amoene olivaceae, in junioribus purpureo-olivaceae, stipiti adnexae, 2—3 lin. latae. Pileus 2—3 unc. latius, compactus, Sapor amarus.

*Obs.* Datur varietas: pileo nitido subumbrino: margine fulvo.

64. Aga-

**64.** *Agaricus (Bombycinus) fulvofuligineus:*  
*lamellis confertis purpurascente-olivaceis, stipite cylindrico fibrilloso dilute coerulecenti.*

Hab. passim in faginetis.

Descr. *Stipes solidus, 2—3 unc. longus,  $\frac{3}{4}$  unc. crassus, basi vix bulbosus. Pileus 3 unc. latus, laevis, sor-dide ochraceus, s. dilute olivaceus, (coloris determinatio in hac, uti in multis speciebus, valde difficilis). Lamellae tenues, 2 lin. latae, stipiti totae adnexae; Cortina ferruginea. Substantia alba, spongiosa, subinsipida.*

**55.** *Agaricus (Bombycinus) subsimilis: pileo viscoso molli fulvofuligineo, lamellis latiusculis, primo olivaceis, dein cinnamomeis, ad dimidium adnexis, stipite cylindrico dilute coerulecente.*

Cum antecedente passim.

Huic *Pileus 3 unc. est latus, obtuse et late umbonatus, ejusque substantia mollis, dein mucilaginosa quasi. Lamellae 5—4 lin. latae, stipiti parallelae, sed modo ad dimidium ei adnatae. Stipes solidus, fragilis. Sapor amarissimus.*

**66.** *Agaricus (Bombycinus) Bulliardii: pileo carnosio rufescente, lamellis distinctis cinnamomeis, stipite dilutiore bulboso: bulbo ovato cinnabarino.*

Aga-

*Agaricus araneosus, proteus.* Bull. champ. pl. 431. fig. 5.

Hab. passim in faginetis.

*Stipes solidus, subradicatus, 3—4 uncias longus. Lamellae 4 lin. latae fere, margine acuto emarginatae, subdistantes. Pileus 2 $\frac{1}{2}$  unc. latus convexus; Sapor non equidem ingratus.*

Inter elegantiores pertinet species.

67 *Agaricus (Bombycinus) violaceus:* *Pileo convexo carnoso, stipite mediocris bulboso cortinato, cortina ferruginea.*

α. *A. elegans*, totus violaceus nitidus, stipite sub bulbo pallescente.

β. *opacus*, totus opacus, violaceus, aut paleo ex umbrino rufescente.

*Agaricus violaceus* Bull. champ. t. 250.

*Obs.* Quaenam vero Linneana species sit, auctores dissentunt, cum diversi Agarici sub hoc nomine descripti fuerint. Sequens a pluribus pro *A. violaceo* habitus, omnino differt, uti videbimus.

68. *Agaricus nudus: gregarius, pileo carnoso convexo plano subrepando rufescente violaceo, lamellis confertis, stipite longiusculo tenuisculo subcylindrico nudo, dilute violaceis.*

*Agaricus nudus.* Bull. champ. t. 439. A.

Var.

*Vär. β.* totus rufescens, pileo infundibuliformi. *Bull.*  
*i. c. fig. 13. C.*

In pinetis frequens, provenit ad terram agmine denso-

*Descr.* *Stipes* 2—3 uncias longus, 3 lin. crassus, basi quidem parum incrassatus, sed non bulbosus, fibrilloso-subtomentosus; *Lamellæ* emarginatae, angustae,  $1\frac{1}{2}$  lin. latae. *Pileus* medio carnosus, versus marginem tenuis, ubi dein expansus, attenuatus, et hic gravissime incisus est. *Color* in iuniore fungi statu dilute quidem violaceus, dein vero rufescit. *Pileus* in fungo putrescente, praे omnibus aliis speciebus, præsertim vero autumno impressuras acquirit, in quibus *Byssi* quaedam species crescere solent.

*Obs.* Hanc speciem revera ab *Agarico violaceo* ob cortinae defectum discrepare non dubitandum; hinc b. *Bulliard* eum merito, ut speciem diversam, sub nomine satis apto distinxit.

Fateri tamen debeo, me a margine pilei ad stipitis apicem usque fila nonnulla arachnoidea, verum rarissime, et inter centum specimina vix in uno, observasse, quae vero colore non ferrugineo discreparunt.

69. *Agaricus (Pleuropus) fuligineus*: *dimidiatus solitarius magnus*, *pileo lato carno-*  
*so rufescente fuligineo*, *lamellis decurrenti-*  
*bus dilute cinereis*, *stipite laterali subtubero-*  
*so albido villoso.*

*Prov.* sero autumno, ad truncos exsiccatos, et ad sa-  
liches vetustas, perraro.

*Descr.*

*Deser.* Stipes cum pileo horizontalis, subbasi crassiusculus,  $\frac{3}{4}$  uncias latus, villo substrigoso densoque et albido hirsatus, durus, elasticus. Lamellae 2--3 lineas latae, tenues, in stipitem decurrent, confertae, albido-cinereae.

*Tideus planiusculus*, latitudine palmari, versus stipitem parum depresso, et hic etiam saepe villo albido obtectus; substautia candida compacta; sapor equidem non ingratus, demum parum acris.

*Obs.* Quoad formam, et magnitudinem cum *Agarico ochraceo* (Abbildung der Schwämme, drittes Heft) convenit.

70. *Agaricus (Pleuropus) sinuatus*: pileo di-midiato membranaceo subtomentoso - albido, repando, lamellis medio latissimis spadiceis.

Hab. rarissime ad truncos putridos; saepe orbicularis, uno.  $\frac{1}{2}$  latus, margine sinuatus; Lamellae tenues divergent, pro ratione latae 2 lin. praeferunt, quae medium occupant.

71. *Agaricus (Pleuropus) variabilis*: gregarius, pileo suborbiculari, subtiliter tomentoso candido, lamellis demum rubiginosis. Tab. V. fig. 12.

*Agaricus mutabilis.* Disp. meth. Fung. p. 25.

*Agaricus sessilis.* Bull. champ. t. 152.

*Agaricus niveus.* Sowerby engl. fung. t. 97.

Provenit aestate ad truncos;  $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$  unc. latus, reniformis: juniores vero, quod in nonnullis aliis hujus familiae speciebus obtinet, integri orbiculares, eum pileus

trunco totus adnatus sit; stipite tunc e medio proveniente, satis longo (vid. fig. a.). Pileus substantia tenuis, et superficie demum fere glaber fit. Lamellae primo albae, demum ex cinamomeo rufae.

72. *Agaricus (Pleuropus) epigaeus*: pileo reniformi fragili rufescente - cano, basi villoso-albido; lamellis distinctis aquoso - rufescientibus, divergentibus.

Hab. in sylvis ad terram, inque viarum orbitis, et passim ad rupes.

*Descr.* Pileus unc. 2 latus, passim involutus, margine substriatus, per lentem tomentosus, opacus, incannus, subrufescens. Lamellae subventricosae, 2 lin. latae, demum sublateritiae, fragiles.

Stipes in junioribus distinctus, villosus, cinerascens, 2 lin. crassus.

73. *Agaricus (Pleuropus) tephromelas*: gregarius subcespitosus, pileo dimidiato stipiteque teretiusculo tomentosis cinereis lamellis, distinctis obscurioribus.

Nascitur autumno ad truncos, aut in eorum vicinitate ad terram. Pileus basi albo tomentosus, in fungo exsiccatu nigrescit, 3—4 lin. latus. Lamellae glabrae, nitidae, latiusculae, colore primo obscuræ, cinereæ, demum, fungo exsiccatu, nigrescent. Stipes lateralis, 1½ lin. longus, teres, tomento albo dense obtectus,

*Obs.* Hujus loci videtur *Agaricus applicatus*. Batsch El. Fung. p. 171. f. 125., tamen minor et unicolor nigra-

cans, ac superne magis strigosus, quam tomentosus est;  
Forte tamen eadem species

74. *Agaricus (Pleuropus) striato - pellucidus: subsolitarius totus dilute cinereus, pileo dimidiato pellucido, margine striato.*

Hab. rarissime ad ramos pineos; convexus, glaber,  
et pellucidus est, et quod in hac familia vix locum ha-  
bet, pileo, uti *Agarici tenelli* s. *Mycenae*, gaudet sulcato,  
*striato*.

$\beta$ . *Agaricus (Pleuropus) griseus: membranaceus,*  
*totus griseus, basi albo tomentosus.* Tab. V. fig. 8 et 9.

Forma semicircularis, basi supra infraque albo - to-  
mentosus. Lamellae confertae, angustae, dilutiores. Sti-  
pes subcentralis.

*Obs.* Quoad speciem ab antecedente non distinctus vi-  
detur.

75. *Agaricus (Lepiota) laetus: solitarius, pi-*  
*leo carnoso - membranaceo convexo plano vi-*  
*scoso fulvo s. testaceo, lamellis distantibus*  
*longe decurrentibus, apice flavis, basi dilute pur-*  
*purascentibus, stipite longo subtenaci dilute*  
*fulvo.*

Hab. in locis montosis graminosis.

*Descr.* Stipes cylindricus, 2 unc. et ultra longus,  $1\frac{3}{4}$   
erassus, viscosus, apice purpurascens. Lamellae  $1\frac{1}{2}$  lin.  
latae, stricte decurrentes, parum crassae, majores altio-  
res, purpurascente - roseae, praesertim ubi in stipitem des-

currunt. *Pileus*  $\frac{3}{4}$  unc. latns, sub membranaceus, exsiccatus margine striatus fit. *Sapor* subdulcis.

76. *Agaricus (Lepiota) triatis: solitarius*, *pileo campanulato acuto*, *primum virescente - aurantio*, *mox nigrescente*, *lamellis distantibus liberis citrinis*, *stipite longiusculo subtortuoso citrino*.

*Agaricus croceus*. *Bull. champ.* t. 50. et t. 524. fig. 3.

*Agaricus conicus*. *Schaeff. fung. bav.* t. 2. f. 9.

Hab. in pratis una cum sequente; autumno.

Descr. *Stipes* 3 unc. longus, cavus, 3 lin. crassus, demum subtorquatus, fibrosus. *Lamellae* oblanceolatae, nitidae, subangustae. *Pileus* unc. 1. latus, subumbonatus, acutus; et nescio, quia ratione fiat, ut ille hac in specie mox quasi adustus evadat.

77. *Agaricus (Lepiota) coccineus: totus coccineus*, *pileo convexo - plano subcarnoso viscoso*, *lamellis distantibus*, *basi dentatim connexis*, *stipite cavo subcompresso*.

*Agaricus coccineus*. *Bull. champ.* t. 262. et t. 570. f. 2.

*Agaricus psittacinus* Var. 2. *Wither. Bot. Arangem.* ed 3. Vol. 3. p. 264. et 265. (sed minus recte ut varietas *Agari- ci psittacini* Schaeff. consideratus, cum magnitudine et pileo hemisphaericō differat).

Hab. in locis graminosis, in pratis etc. frequens.

Descr. Quoad colorem et formam variabilis fungus est, quod praesertim a loco plus minusve aprico dif- fert

fert. *Pileus* in junioribus convexus, deinde planus, etiam sub depresso, ut plurimum vero subumbonatus, margine substriatus, parum carnosus, valde pellucidus, sub viscosus, colore amoene rubro. *Lamellae* ventricosae, inter se distant, pro pilei forma sunt planae, convexae, adscendententes, decurrentes basi; porro inter se venoso-connexae, 2-3 lin. latae, coccineo-flavae, margine praesertim, glaucae.

*Stipes* 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> unc. crassus, 5 lin. latus, saepe compressus, superficie undulatus, basi attenuatus et ibi flavus ceterum pileo concolor.

78. *Agaricus* (Lepiota) *fulvus*: *pileo umbilicato* stipiteque compresso fulvo, lamellis distantibus sub-decurrentibus aurantiis.

Hab. in locis graminosis.

*Pileus* unc. 1. fere latus, subrugulosus, hemisphaericus. *Lamellae* 2-3 lin. latae, planae. *Stipes* unc. 1. et nonnullas lineas altus, nitidus, basi albo-villosus, ut plurimum compressus, hinc utrinque sulcatus, dein cavus. Sapor non ingratus.

*Obr.* An ab antecedento satis diversus? colore saltem quam maxime differt. An *Agaricus dentatus* Linn. Fl. suec. p. 443. potius hoc, aut ad praecedentem referri debet?

79. *Agaricus nigricans*: *pileo carnosamente depresso* olivaceo-cinereo, demum quasi adusto, *lamellis* *crassis latiusculis* (*inaequalibus*) *pallescente-albis*, *stipe* *solido* *cinereo*.

Aga-

*Agaricus nigricans* Bull. champ. t. 570. f. 2. et t. 589.  
f. 2. *Dispös.* meth. fung. p. 21.

Hab. per totum autumnum in sylvis.

*Descr.* Stipes  $2\frac{1}{2}$  unc. longus, unc. 1. fere crassus, basi subattenuatus. Lamellae stipiti adnexae, longitudine inaequales, demum lin. 1. fere crassae, rigidae, subpruinatae, basi saepe quoque venose conjunctae, primo margine, demum fere totae nigrescunt. Pileus  $2\frac{1}{2}$  unc. latus, aetate juniore ex albido sordide olivaceus, subcaeruleuscensque, tandem ex olivaceo-fuliginoso nigrescit, et quasi adustus perit; substantia interna, solida subrufescit. Pilei epidermis saepe tessellatim rimosa est.

*Obs.* An sequens fungus idem, an pro varietate, aut sub specie haberi deberet? Major quidem est, et pileus primo fere pallidus, subviscosus dicitur:

*Agaricus Elephantinus*, stipitatus; pileo crasso, hemisphaericō, sublateo viscido; lamellis trifidis, crassis, fragilibus, subalbidis; stipite albo, crasso, spongioso, *Bolt. Funguss.* p. 28. t. 18. *Sowerby* t. 36.

„In decay, the pileus becomes irregularly horizontal, lacerates, becomes, dry; changes to dark colours of various hues, and seems as if a considerable degree of fire had passed upon it.“ *Bolton.*

80. *Agaricus roseus*: pileo carnosō, demum depresso granulosō s. minute verrucoso, roseo-sanguineo, lamellis inaequalibus candidis, stipite solidō pileo subconcolore.

*Agaricus roseus*. *Schaeff. fung.* t. 75. et

D 2

Aga-

*Agaricus Russula.* *Ejusd. fung.* t. 58. (excluso syno-  
nymo. Varietas stipite breviusculo).

*Agaricus pectinaceus.* *Bull. champ.* t. 509. f. 2.

Hab. rarius in faginetis.

*Decr. Stipes* 3—4 unc. longus, ut plurimum  $\frac{3}{4}$  unc. crassus, solidus, saepe incurvus, ex albido sanguineus, sub lamellis tomentosus est. Lamellae tres lineas latae, longitudo inaequales. Pileus 3—4 unc. latus, disco subviscosus, umbilicatus, verrucis quasi dilute ruber: obsitus margine albidiore.

*Obs.* Haec et antecedens species si oculo fugitivo adspiciantur, facile pro speciebus e familia lamellis integris gaudenti s. e genere *Russula* venditari potest.

§ I. *Agaricus Amanitae:* *gregarius parvus*, *pileo membranaceo striato papillato albido*, *lamellis distinctis planis concoloribus*, *stipite brevi rufescente glabro.*

*Agaricus Amanitae*, *pileo ochraceo-carneo*, *glabro*, *subnitente*, *plano-convexo*, *umbonato*; *stipite linearis*, *concoloris*, *deorsum fulvente*, *lamellis elongatis*, *albentibus*, *interspersis paulo angustioribus*. *Batsch El. fung. Cont.* i. p. 109. f. 95.

Hab. frequens autumno in *Agaricis* putrescentibus, exticatis.

*Stipes*  $\frac{7}{8}$  unc. longus,  $\frac{5}{8}$  lin. fere crassus, fistulosus, dilute rufus, tuberculis increscens. *Lamellae alternis latiores*, *stipiti adnexae*, *Pileus*  $1\frac{1}{2}$  lin. *latus*.

*Obs.* Sequentes tres *Agarici* modo ut subspecies considerandi-videntur.

α. Aga-

*α.* *Agaricus tuberosus:* gregarius parvus pileo convexo subcarnoso, lamellis albidis, stipite longiusculo, medio subinflato rufo.

*Agaricus tuberosus Bull. champ. t. 256.*

*Agaricus alumnus,* stipitatus, pileo convexo, albo; lamellis trifidis albis; stipite gracili, basi crassiusculo subrubo. *Bolt. Fung. p. 155. t. 155.* (justo major, nimisque ruditus delineatus est).

In fungis putridis, exsiccatis quoque parasiticus.

*Descr. Stipes unc. 1½ longus, medio ad lineam unam in-* crassatus, utrinque hinc attenuatus, versus basin vero crassior, hinc obverse clavatus, nunc in *Sclerotiis* crescents, nunc absque hisce fungillis invenitur; a medio ad basin rufescit s. dilute badius est, solidus, sub lente pubescens, apice pileo concolor. *Lamellae pro ratione crassiusculae, totae adnexae (quae vero in iconē Boltonii liberae sunt delineatae!). Pileus lin. 1—1½ latus, dein pallescit.*

*β.* *Agaricus Sclerotii:* gregarius, pileo hemisphaericō umbonato albido: umbone rufescente, lamellis albis stipe aequali subpiloso rufescente.

Hab. in *Agaricis* exsiccatis super *Sclerotium subterraneum Tode* crescents. Quoad magnitudinem inter ultimum et penultimum medium supplet locum.

*γ.* *Agaricus circinus:* gregarius minor, pileo subpapillato plano albido: disco subrufescente, lamellis confertis albis, stipite longiusculo tenui rufescente radiculis fibrilosis longis obsito.

Hab. autumno intra folia putrida, praesertim vero in *Agaricis* putridis parasiticus.

*Stipes*

*Stipes*  $1\frac{1}{2}$  unc. longus,  $\frac{1}{2}$  lin. crassus basi et ad latera radiculas fibrillosas,  $1\frac{1}{2}$  unc. nonnunquam longas sparsim emittens. *Lamellae* angustae, planae, subdecurrunt. *Pileus* 2—3 lin. fere latus, convexo-planus, subumbilicatus,  $\frac{1}{2}$  lin. crassus.

82. *Agaricus alliaceus*: pileo campanulato membranaceo fuscescente, lamellis distinctis albidis, stipite fistuloso longissimo nigrescente, subradicato, basi strigosa.

*Agaricus alliaceus*, pileo convexo, glabro, e fusco pallidente; lamellis albidis; stipite atro, nitido. *Jacq. Fl. Austr.* p. 196. *Obs. bot.* p. 100.

*Agaricus alliaceus*, stipitatus, pileo convexo opaco supra fusco subtus albo, stipite fistuloso nigro nudo. *Murr. Syst. veget.* 15. p. 1015. *Jacq. Fl. Austr.* t. 82.

Hab. in sylvis inter folia decidua, locis uidis, ubi e longinquo odore suo alliaceo percipitur.

*Descr.* *Stipes* fusco-nigricans, 5 unc. et ultra longus, ut plurimum radice fibroso-hirta foliis adhaeret, lin. 1. crassus, utrinque sub incrassatus, ad insertionem pilei praesertim tumidus, sub tomentosus, aut saltem pruinatus. *Pileus* obsolete striatus, pellucidus, disco colore obscuriore, nonnunquam totus plane albescit, unc. 1— $1\frac{1}{2}$  latus. *Sapor* praesertim vero odor hac in specie fortis, ingratus, alliaceus, et halitui bufonis ferme similis.

83. Aga-

83. *Agaricus Schaefferi*: *parvus siccus*, *pileo subcarnoso*, *plano*, *pallescente-albo*, *lamellis cristatis albidis*, *stipite breviusculo*, *rufescente*.

*Agaricus alliatus*. *Schaeff. fung. t. 119.* (exclusis synonymis).

Hab. locis montosis, in ericetis, aut pinetis, ad terram, aut in stipitibus.

Descr. *Stipes* *tenax*, *cavus*, *unc. 1.* et nonnullas *lineas longus*,  $\frac{3}{4}$  *lin.* *crassus*, *basi subnigricans*, *ceterum rufus*, *glaber*. *Lamellae* *planae*, *basi venis connexae*, *a stipite facile decedunt*, *et in margine postico coharentes*. *tulum circa stipitem quasi efformant*; *pro ratione crassae*, *nonnullae ramosae*. *Pileus* *primo subumbonatus*, *dein planus*, *rugulosus*, *vix striatus*, *latitudine trilinearis*. *Substantia* *sicca* *odore allii*, *sed non equidem fortis*. *Color* *albidus*, *aut dilute lateritius*.

84. *Agaricus Scopolii*: *gregarius majusculus*, *pileo submembranaceo hemisphaerico lutescente*, *lamellis flavescentibus*, *stipite longo subtomentoso*, *deorsum sanguineo*.

*Agaricus alliacens*, *pileo cervino*, *campanulato*, *laevi*, *lamellis concolori*, *stipite obscure rubro nudo procero*, *cylindraceo fistuloso*. *Scop. Pl. carn.* *Ed. 1.* *p. 27.* *Stipes* *janior* *sanguinem fundit e rupta basi*. *Pl. carn.* *Ed. 2. v. r.* *p. 454.*

*Agaricus alliacetus*. *Sowerby engl. fung. t. 81.*

Hab.

Hab. super folia quercina. Mihi hucusque nondum obvius, sed quoad iconem a Sowerbyo exaratum omnino distincta species est, et Agarico alliaceo *Jacquinii* paullo major, de quo colore et forma differt.

85. *Agaricus (Mycena) Haematopus: cespitosus*, pileo carnoso membranaceo convexo, ex albido rubescente, lamellis angustis albis, stipite subtemni rufescente: rupto succum rubrum secerente.

Hab. passim ad trunco, locis montosis.

*Descr.* Stipes 2—3 unc. longus, glaber, vix caudatus, fistulosus laceratus succum sanguineo-purpurascens subacrem, copiosum stillat. Lamellae subadnexae, lanceolatae adscendunt. Pileus ex hemisphaerico conicus, aut totus candidus, ut plurimum vero aquose purpurascens, incisus intus quoque succulentus, umbone saltem non manifesto gaudet.

86. *Agaricus (Mycena) Galopus: subsolitarius terrestris*, pileo campanulato, nigrescente glauco, lamellis subdistantibus, albido cinereis, stipite subradicato: fracto succum lacteum secerente.

*Agaricus lactescens*, pileo campanulato plicato nigrescente, lamellis remotis albis, stipit gracili, lactescente. *Schrader. Spicil. fl. germ.* p. 128.

Hab. in pinetis, in quercetis ad terram et in locis graminosis inter muscos, autumno.

*Descr.*

*Decr.* *Stipes* subfiliformis, 2—3 uncias longus, basi pilosus, lin. 1. vix crassus, colore nigrescente-cinereus, fractus succum colore lacteum, subacrem fundit. *Lamellae* angustae, arcuato-adnexae. *Pileus* 4—5 lin. latus et altus, pruinatus, hinc primo obtuitu quasi tomentosus appetet.

*Obs.* Sequentes milii innotuerunt hujus speciei varietates:

$\alpha.$  pileo sordide albo, apice ex livido nigricante, lamellis candidis.

$\beta.$  pileo cinereo-glauco, lamellis cinereis.

$\gamma.$  pileo toto cinereo, lamellis candidis.

87. *Agaricus (Mycena) galericulatus*: cespitosus, pileo membranaceo striato hemisphaericо umbonato livido, lamellis distinctis albis latiusculis, stipite laevi radicato, basi hirta.

Vulgaris ad truncos diversarum arborum, toto autumno, ubi plura individua, basi connata, cespitem efformant.

*Deser.* *Stipes* 3—4 unc. longus, 2 lin. fere crassus, ejusque pars radicans subfusiformis truncorum rimas intrans, unc. 1—2 longa, pilis strigosis, s. fibrillis, undique involuta est, interne nitens. *Lamellae* 2 lin. et ultra latiae, submarginatae, adnexae, adscendent, ob lanceolatae, aut obovatae. *Pileus* unc. 1. latus, primum ovatus s. conicus, deinde campanulatus, umbonem crassiuscum protrudens, obsolete striatus, aetate juniore fere nigrescens, in adultis planiusculus, et margine saepe cinereus evadit.

*Obs.*

*Obs.* 1. Quoad stipitis lamellarumque colorem differt; hinc sequentes occurunt subspecies; quae vero omnes stipite radicato-piloso convenientur.

*a.* subsolitarius, stipite subviscoso flavescente.

*b.* subcespitosus, stipite flavo-coccineo, pileo livido, lamellis albis.

*c.* pileo albido, lamellis incarnatis.

*d.* pileo fuscescente, livescente-fulvo, lamellis sub-incarnatis, aut albidis.

*e.* pileo sordide brunneo s. spadiceo.

*f.* pileo livido s. nigrescente, aut cinereo. (*Agaricus communis*).

*Obs.* 2. Sub sequentibus quoque nominibus in botaniciorum scriptis descripta haec species est.

*Agaricus galericulatus.* Schaeff. *fung.* bav. t. 52. (varietas ♂.)

*Agaricus fistulosus.* Bull. champ. t. 518. (F. D. ad var. ♂. pertinet. Fig. E. F. ad varietatem ♀. et Fig. 1. ad variet. J. attinet. Fig. E. ad varietatem ♂. referenda?)

*Agaricus proliferus.* Sowerby engl. fung. t. 169. forte modo hujus speciei varietas, et ad variet. ♂. attinet.

*Agaricus pseudoclypeanus*, pileo conico, olivaceo-fusco, margine revoluto striato pallido, lamellis trifidis, pallidis stipite gracili, fistuloso. Bolt. *Fung.* t. 154. (hujus quoque loci est).

*Agaricus mammillaris*, stipitatus, pileo hemisphaerico, longe papillato, stipite fistuloso caudato. Hoffm. *Nomencl. fung.* p. 217. t. IV. f. 1.

Aga-

*Agaricus Myurus*, stipite elongato, villoso, caudato; pileo campanulato, laevi, ochraceo-fusco. Hoffm. veget. in Hercyn. subterr. collect. p. 5. t. 3. (Affinis species, aut varietas insignis).

*Agaricus conicus*, stipitatus, pileo campanulato acuto striato livido nitido, lamellis albis, stipite fistuloso-cinereo. Huds. Fl. angl. p. 620. Willd. Fl. Berol. p. 584.

88. *Agaricus (Mycena) polygrammus: solitarius, pileo membranaceo campanulato umbonato, dilute cinereo, lamellis confertis albidis, stipite longo caudato striato caesio-nitido.*

*Agaricus polygrammus*. Bull. champ. t. 395.

*Agaricus fistulosus*. Bull. t. 518. f. H.

Obs. Hinc inde in faginetis ad terram subsolitarie crescit. Antecedente major et praesertim stipite colore ele ganter argenteo, nec non superficie longitudinaliter sulcato, ab eo discrepat.

89. *Clavaria spinulosa: ramosissima fuligineo-spadicea, truncо crassiusculo, ramis strictis: ramulis subulato, spinulosis oppositis obtusis longioribus.* Tab. III. fig. I.

Prov. rarissime in faginetis.

Deser. Truncus  $1\frac{1}{2}$  unc. longus, totidemque latus. Ra mi deorsum subincurvati, ad latera pulvere croceo-cinnamomeo obtecti; Ramuli sibi approximati, stricti, et quod

quod huic speciei singulare, alii breves obtusi, et alii oppositi multo langiores, attenuati sunt.

90. *Clavaria Muscicola: simplex minutissima alba, clavula curvata subincrassata obtusa, stipite glabro brevissimo tuberi globoso insidente.* Tab. III. fig. 2.

Hab. rarissime intra foliola *Hypni triquetri*.

Magnitudo naturalis hujus speciei 2—3 lin. longa est. Clavula filiformis, subflexuosa. Tuber radicale (Sclerotium?) orbiculare, candidum, laeve, intra folia absconditum.

*Obs.* Familiam quandam naturalem cum *Clavaria gyantea*, *Erythropo* etc. (vid. *Comm. de fung. clavae* p. 80—85.) quidem efficit, et priori praesertim affinis est, a qua vero stipite *glabro*, nec piloso, et clavula flexuosa, subincrassata, nec non cylindrica differt.

91. *Clavaria ericetorum: cespitosa flavescentia, clavulis incrassatis-compressis obtusis pallidis, stipitibus nitente-flavis.* — Schmiedel Icon. plant. p. 56. t. 5.

*Clavaria argillacea.* *Comm. de fung. clavaef.* p. 74.

*Obs.* In *Commentatione de Eungis clavaef.* loc. cit. ad iconem Schmiedelianam, non vero ex autopsia nonnulla de hacce specie disservi, cum vero mihi contigerit, eam postea in ericetis *Sollingensibus*, tempore autumnali, reperire: sequentem descriptionem naturae congruam hue lubens appono.

*Stipes* nitens, glaberrimus, 3—4 lin. altus, 1 lin. et ultra crassus. *Clavulae* unc. 1. et nonnullas lineas longae 2—4 lin. crassae; in junioribus pro ratione valde incrassatae, obconicae: apice rotundato, et ut plurimum

com-

compresso, porro in adultis subuplicatae sunt, saltem utrinque canaliculatae, intus in nonnullis cavae; fragiles, flavescente-alutaceae, non vero argillaceae, ob pruinam seminalem opacae, plures indivisae quidem; sed dantur et nonnullae in uno eodemque cespite ramos obtusos vario modo formatos, cornibus sinuiles exserentes. Sapor aut odor distinctus haud euidem adest.

92. *Clavaria sanguinea*: *ramosa*, *caule subsucculento rubro*, *ramis elongatis*: *ramulis multifidis minutis submutantibus flavescentibus*. Tab. III. fig. 3.

Prov. per raro in sylviss.

Icon allegata partem hujus fungi modo exhibet, naturalis ejus magnitudo enim dimidio major. *Caulis* inter crassos et tenues medium tenet locum, succo sanguineo penetratus, in *ramos* plures elongatos divisus, qui versus apicem flavescent; *ramuli* e contrario tenuissimi, et breves, subnutantes, colore alutaceo.

*Obs.* Autumno quodam pluvioso semel sese mihi obtulit haecce species, hinc utrum nondum explicata, et forma ne et color ei prorsus constans, an varietas modo *Clavariae botrytis*. *Comment. de fung. clavaef.* p. 42. sit, ulteriores decernant observationes.

93. *Geoglossum glabrum*: *glabrum*, *ex spadiceo nigrum*, *stipite subsquamuloso*.

*Geoglossum glabrum*. *Comment. de fung. clavaef.* p. 56. Provenit in colliculis graminosis, autumno.

*Obs.* Cum icones, nec non descriptiones auctorum hoc de fungo dissentiant, uti in *Commentatione* hoc adnotavi. ad perturbationem evitandam, exactam *hujus mei fungi* descriptionem adjungam.

*Stipes* basi ubi terram intrat villo albido distinctus, apice subincrassatus, undulatus, solidus, nunc, praesertim apice, squamułosus, nunc laevis,  $1\frac{1}{2}$  unc. longus, lin. i. et ultra crassus.

*Clavula* unc. i. alta, 3 lin. lata, canaliculata, rarius turbinato - plicata, rarissime bifida, glaberrima, per lentem quasi cellulosa; *color* primo obtuitu quidem niger videretur; sed ad spadiceum vergit, opacus est, dein parum cinerescit.

*Obs.* Sequentem varietatem, aut subspeciem in pratis paludosis montosis rarissime inveni, quae teneritate et colore atro, nec non stipite manifeste squamułoso discrepat, cujusque clavula etiam divisa reperitur.

*β.* *G. uliginosum*, tenerius, atrum, stipite longo, squamułis subimbricatis. Tab. III. fig. 4. a.

94. *Geoglossum atropurpureum: glabrum, atropurpureum.* Tab. III. fig. 5.

*Geoglossum purpurascens: atropurpureum glabrum, clavula compressa laevi.* *Comment. de fung. clav.* p. 39. 40.

Hab. in locis graminosis, colliculosis, autumno post pluvias densas.

*Stipes* non squamosus, sed superficie fibrillosus, proportione crassus, teretiusculus, aut compressus. Magnitudo totius fungi ut plurimum semuncialis, ad summum buncialis.

*Obs.*

*Obs.* Nonnulli fungi, si sero autumno post multas pluvias frigus mox ingruat, formam quandam peculiarem luxuriantem assumunt, quod hoc anno in nostra specie observare mihi contigit, quo evictus sum, *Clavariam atropurpuream* Batsch. El. Fung. p. 154. t. II. f. 48. non distinctam speciem, aut varietatem, uti hoc in *Commentatione* autumnavi, efficere; verum ejus clavulam difformem et justo majorem ab aeris injuria ortam fuisse.

95. *Sphaeria bulbosa*: *terrestris subramosa nigrescente - cinerea*, *radice tuberosa subglobosa*.  
Tab. I. Fig. 1. a-d.

*Sphaeria bulbosa*. *Disp. meth. fung.* p. 2. *Comment. de fung. clavaef.* p. 14.

Hab. autumno in pinetis ad terram inter muscos, et folia pinea, sub quibus tuber absconditum est. Haec est pars radiciformis plerumque globosa, aut ovata, sed in valde adultis subdifformis evadit. *Clavula* in junioribus teres, et colore cinarescens, dein subcompressa, praesertim apice, inque ramos nonnullos divisa.

96. *Sphaeria digitata*: *cespitosa nigra, stipitibus basi connatis glabris, clavulis teretibus acuminatis: apice sterili*. Tab. II. fig. 1. et 6.

*Sphaeria digitata*. *Comment. de fung. clav.* p. 35. (cum *Synonymia*).

Provenit ad ligna fabrefacta, in palis ad domicilia etc. hyeme. In sylvis vero mihi hucusque nondum obvia.

Q1 08.00

Quoad aetatem *Clavulae* forma sunt variae, hie enim in nondum maturis sunt conicae, laeviusculae, acutae; sursum rufescente - cinereae; in bene maturis vero breviores, quasi turgidae, capsulis prominentibus tuberosae, colore atrae. *Gelatina* sub microscopio observata e thecis fusiformibus constat, quae continent sporulas sublunatas.

97. *Sphaeria polymorpha: gregaria, forma varia, stipitibus distinctis, clavulis ventricosis - sphaerulis undique cinctis.*

*Sphaeria polymorpha. Comment. de fung. clavae. p. 17.  
(cum Synonymis.)*

*Sphaeria Carchariae* var.  $\beta$ . obtusa. *Weig. obs. bot. pag. 149. t. 3. f. 6.*

Prov. in sylvis fagineis ad truncos putrescentes non infrequens, autumno, quo charactere, nec non clavulis apice ut plurimum sphaerulis cinctis ab antecedente differt.

De polymorpha hac specie sequentes mihi notae sunt varietates.

Var. 1. *pistillaris*: solitaria, clavula subtereti stipiteque elongatis. *Tab. 2. f. 5.*

*Clavaria lignea*, simplicissima clavaeformis dura nigra. *Willd. Fl. Berol. p. 40.*

Var. 2. *spathulata*: clavula conica compressa, stipite breviusculo. *Tab. 2. f. 2.*

Var. 3. *ficoidea*: clavula subpyriformis, stipite longo sursum incrassato;

Var. 4.

*Var. 4. mamillana: clavula ventricosa, acumine longo,  
crasso, conico, sterili, terminata. T. 2. f. 4.*

Dantur et nonnullae varietates intermediae, quae transitum ad unam, alteramve, efficiunt. stipiteque nimis plus, minusve, longo, aut brevi, sic et clavula turgida, aut tereti, brevissima, aut elongata, instructae. Stipes in omnibus fere sursum incrassatus, flexuosus, superficie plicato-rugosus; basi plures secum connati, et colore parum rufescunt. Clavulae externe ob sphaerulas usque ad apicem papillato-rugosae sunt, qui vero non-nunquam, praescitum in *var. 3.* sterilis est, coloreque cinerascens; in *var. 5.* quae hinc, ut species propria, non male conspici potest; apex  $\frac{3}{4}$  unc. fere est longus,  $2\frac{1}{2}$  lin. crassus, conicus, laevissimus, rufescente-cinereus, uti ex iconé appareret. Substantia interna alba, radiatim fibrosa, dura.

Adnotare adhuc debeo, me aestate clavulas haec in specie observasse, pulvere glauco adspersas, qui forte eadem natura, eodemque fine esse aestimari potest, quam ille pulvis, quo *Sphaeria Hypoxylon* sero autumno tam copiose obiecta invenitur.

### 98. *Sphaeria Carpophilla:* Tab. I. fig. 3. a-f.

*Obs.* De hacce specie jamjam in parte prima hujus operis p. 19. et in *Comment. de fung. clavaeform.* p. 18. descriptionem, et synonyma, attuli, ob iconem, ex qua differentia ejus a sph. *Hypoxylon* *Obs. Mycol. I.* p. 20. t. 2. f. a. elucebit, adhuc semel ejusdem mentionem facere necessarium omnino fuit.

99. *Sphaeria alutacea*: *subgregaria*, *carnosa*,  
*opaca*, *pallida*; *clavula sublaevi*. Tab. I. fig. 2. a-c.

*Sphaeria alutacea*. *Comment. de fung. clavaef.* p. 12.

*Sphaeria clavata*. *Sowerby engl. fung.* p. 159?

Prov. in pinetis, ad terram, foliolis, aut ramulis,  
abietinis adhaerens; semel quoque hancce speciem chry-  
salidibus innascentem observavi.

Colore primum dilute alutacea, deinde obscuriori, in  
valde adultis, aut in subputrescentibus parum sordide  
olivacea fit. Juniores conicae sunt, maturescendo sur-  
sum incrassantur, et in individuis subluxuriantibus (b)  
ventricosae evadunt. 2 unc. et ultra longae.

E *sphaerulis* clavulae superficiem occupantibus gelatina,  
florum ad instar, erumpit. *Substantia* inter omnes hujus  
familiae species tenerima, hinc fragilis, et valde levis.

100. *Sphaeria militaris*: *carnosa*, *flavescente ru-*  
*bra*; *clavula sphaerulis prominentibus tuberculosis*.

Tab. II. fig. 3.

*Sph. militaris*. *Comment. de fung. clav.* p. 11.

Hab. autumno memorabilis haecce species, nunc in  
sylvis ad truncos putrescentes, nunc ad sepes ad terram,  
vel in pratis, aut locis graminosis sub terra.

*Obs.* Plures quidem de ea extant icones, verum illam  
in *Fl. dan.* t. 337. f. 1., et quae apud *Holmskold coryph.*  
occurrit, si excipias, naturae haud consonae, praesertim  
quoad colorem, mihi videntur, hinc et meam, etiam ad  
distinguendam a praecedente specie, non superflua spero.

Gela-

*Gelatina e sphaerulis peculiari etiam modo propellitur, nimur si clavula optimo in vigore, et parum humectata, luci obvertatur, tunc ex sphaerularum ostiolis laticis particulae, ut vermiculi continue avolant, aut clavula exsiccanda a gelatina sensim exsudante villo albo, ut aranea, involvitur.*

101. *Sphaeria ciliata: subcircinata; ostiolis longissimis, divaricatis, subflaccidis, in cortice prominenti nidalantibus.* Tab. 5. fig. 2 et 3.

*Sphaeria hystrix; nigra, ovalis, convexa-plana, aggregata, monosticha, stilihera; stilos spermaticis proceris, superne subincrassatis, cum globulis connatis; Tode fung. Mecklenb. 2. p. 53. t. 16. (Hujus loci est).*

Hab. vere ad ramos ulmeos. *Sphaerulae ovatae a numero 8 — 12 variae, laeves, stromate distincto, inter se non connatae, sed in corticis fibrosa substantia, quae bullatum prominet, nidalantur, ostiola, ut cilia, prominent, laevia glaberrima, et, uti videtur, parum incrassata, lineam 1., et ultra, longa.*

102. *Sphaeria populina: cespitosa, atra; sphaerulis ovatis, laevibus, subdivergentibus, receptaculo compacto insidentibus.*

Hab. ad ramos populneos passim. Colore aterrimo facile sese distinguit; totus cespitus prominet e sphaerulis ovato - oblongis, subpapillatis, subnitentibus constat, receptaculum, in quo insident, e materie compacta, subceracea, quasi constat.

103. *Sphaeria fuliginosa*: cespitosa, sphaerulitis globosis, opacis, fuligino-nigris, farctis, laevibus.

Hab. passim ad ramos exsiccatos, cespitulum latum efficiens. Receptaculum tenuissimum; Sphaerulae, uti videatur, astomae, apice quidem quasi externe dehiscent, verum non ita rimosae, quales sphaerulae sphaeriae Berberidis sunt, quae etiam majores.

104. *Sphaeria mucosa*: effusa, aggregata, molvis, primo rubescens, demum opaca, nigrescente-grisea.

Hab. externe in Baccis Cucurbitae Peponis putrescentibus, ubi ad latitudinem bi-triuncialem ex epidermide corticis erumpit: primo forma orbiculari sese exhibet, et colore sordide roseo, superficieque rugosa distincta; demum nigricans; exsiccata vero cinerea fit.

*Sphaerulae ipsae mollissimae.*

*Obs.* Primo intuitu quemque incertum relinquit, an revera hocce ad genus pertineat nec ne.

105. *Sphaera longissima*: monosicha, minuscula; sphaerulitis minutis, in series longissimas, parallelas, congestis.

Hab. in caulis exsiccatis plantarum, praesertim Chaerophylli, Anethi etc.

*Deser.* Lineae nigricantes plures, parallelae, ab uno caulis nodo ad alterum procedit, ex quo longitudo huius spe-

speciei sit cognoscenda. *Sphaerulae ipsae densae sibi approximatae, simplices, ostiolo brevi, obtuso instruetae; pars caulis, s. epidermidis, ubi proveniunt, nigro quoque inquinatae, e qua papillaeformes, sub lente observatae, erumpunt, colore e longinquo, e cinereo-nigrac.* Sequens hujus modi varietas videtur.

106. *Sphaeria nebulosa: sphaerulis sparsis, maculas subnigrescente — griseas, interruptas, inaequaliter lineatas, efformantibus.*

Hab. quoque in plantarum caulis.

107. *Sphaeria? Himantia: sphaerulis in maculam e fibrillulis centrifugis constantem aggregatis.*)

Hab. ad caules plantarum perraro singularis haecce species. Maculae nigrescentes, magnitudine variae, maiores, 3 lin. fere latae, si lente examinentur, tunc e medio fila venosa undique ad perephaeiram tendunt, in quorum medio observantur pustulæ nigrantes, quæ verosimiliter *sphaerulae* sunt.

108. *Sphaeria complanata: sphaerulis sparsis, laevibus, ut plurimum pressis; ostiolis papillatis.*

*α. denudata; major; sphaerulis ut plurimum denudatis collapsis.*

*β. tecta; minor; sphaerulis tectis; ostiolis prominentibus.*

*Sphaeria complanata, simplex aggregata (?), mammiforis pulla; collabescendo complanata.* Tode Flug. Mecklenb. Fasc. 2. p. 21. t. XI. f. 88. (var. β.)

Hab.

Hab. frequens ad caules exandos plantarum omnigenarum praecipuae var. β.

*Sphaerulae substantia parum molles, externe laeves, humidae, orbiculares; exsiccate collapses, depresso, colore atrae, punctiformes.*

109. *Sphaeria acuta: graegaria; sphaerulis nudis, atris, nitidis, subglobosis; ostiolis spinulosis, crassiusculis, cylindricis.*

*Sphaeria acuta; solitaria, minima, atra. Hoffm. veg. grypt. 1. p. 22. t. f. 2. Sowerby engl. fung. t. 119.*

Hab. ad basin. caulinum aridorum, praecipue *Urticae dioicae*, vere praesertim, ubi, si caulis talis aridus e loco natali extrahatur, sese facile colore atro, et ostiolis acutis, spinulosis, manifestat.

*Obs.* Ostiolis longioribus, excipiendis; Ceterum antecedenti affini est haecce species, quae exsiccata quoque saepe collabitur.

110. *Sphaeria Erythrostoma: epiphylla, sparsa, folio immersa; ostiolis prominulis, obtusis, rubellis.*

Singularis haecce species provenit vere in foliis *Pruni avium* exsiccatis, sed adhuc de ramis pendulis; ubi e longinquo ut punctula nigra apparent, lente illustrata ostiola sphaerularum, foliis immersarum, conspicuntur obtusiuscula, indurata quasi, colore sordide rubra.

111. *Lycoperdon molle: subsolitarium, turbinatum, obscure fuligineum, molle; squamulis deciduis, pulverulentum.*

Hab.

Hab. in quercetis praesertim, ad terram, autumno;  
nunc solitarie, nunc subcespitose.

Deser. Peridium obovatum, subumbonatum. semunciam  
fere longum, unc. 1 apice latum. *Squamulae nonnullae,*  
*recenti in fungo, spinulosae; demum omnes deciduae.*  
*ita, ut hanc ob causam, nec non ob peridium substantia*  
*renue, ad tactum molle evadat. Color primo fere dilute;*  
*sordide, olivaceus; dein obscure fuligineus.*

### ON Y G E N A.

Peridium subrotundum, siccum, persistens. Pul-  
vis compactus, cohaerens, filis nullis inter-  
textus.

112. *Onygena equina: gregaria, stipitata, albi-*  
*cans; peridio orbiculari, glabro, rugoso, subfurfu-*  
*raceo. Tab. fig.*

*Lycoperdon Equinum: stipitatum; stipite cylindrico;*  
*capitulo sphaericō, pulvulentō, circumscisso. Willd.*  
*prod. fl. Berol. p. 412. t. 211. f. 20.*

*Coralloides fungiforme, ex ungula equina, livide rube-*  
*scens. Dill. hist musc. p. 78. nr. 5. ? (Colore omnino*  
*dissert.)*

Hab. autumno in unguibus deciduis equorum; hisce  
fungillis majoribus, minoribus, individuis intermixtis,  
fere totis obtectis, passim in sylvis.

Deser. stipes breviusculus, parum crassus; superficies  
subfibrilloso-squamulosus, firmus. Peridium lin. 1—1 $\frac{1}{2}$   
latum subrotundum, subtus parum umbilicatum, aut ad  
marginem circa stipitem contractum, nullo tomento in-

vo-

volutum, sed per lentem scabrum, e longinquo farinaceum quasi; more aliorum apice non dehiscit, quod ob naturam pulveris seminalis quoque haud necessarium esset, forte dein indeterminatim cum pulvere dilabitur; cel. Willdenow vero illud denuo circumscissum evadere l. c. pronunciat.

*Pulvis*, si substantia fungi interna ita denominari licet, colore fuscescens, materie unguinosa, inter se quasi cohaerens, et nec cultello dispergibilis, per microscopium compositum indagatus e sporulis ovatis consistit, intra eum vero nulla indagare potui fila, quo a ceteris *Lycoperdis* jam differt.

*Obs.* *Lycoperdon gossypinum.* *Bolt. Funguss.* p. 171, t. 173. (excl. synon.) in ungulo equino quoque crescens ob peridium tomentosum, et turbinatum, distincta huius generis species videtur.

113. *Onygena?* *decorticata: gregaria, e cinereo — subfuliginea; capitulo molli; cortice destituto.*

Tab. VI. f.

Semel a me in *trunko* reperta. Antecedente, e longinquo non absimilis, quacum magnitudine, et forma parum, et colore congruit; sed capitulum subtus ad stipitem umbilicatum, peridio manifesto cinctum, non vidi; nec in eius pulvere repletum, sed totum e villo valde compacto constare videtur; externe pulverulentum. *Stipes* tenuiusculus, basi membranula brevi, villosa, ligno adnatus.

*Obs.* Dubium huncce fungillum eam ob causam hic delineari curavi, nec non descripsi, ut alias fungorum scrutatores attenti ad eum reddantur, quo novioribus observationibus huius fungi historia absolvi possit

STIC-

## S T I C T I S.

*Receptaculum* subcupulaeforme, aut oblitteratum,  
ligno immersum.

II4. *Stictis radiata*: *immersa*; *ore prominente*,  
*niveo*, *integro*, aut *radiatim fisco*.

*Lycoperdon radiatum*, disco hemisphaerico; radio co-  
lorato. *Lin. syst. pl. Ed. Reich.* v. 4. p. 624.

*Sphaerobolus rosaceus*, urceolatus, nudus, immersus,  
candidus; limbo rosaceo, reflexo; vesicula seminifera  
albescente. *Tode fung.* *Mecklenb.* 1. p. 44. t. 7. f. 58.

*Lichen excavatus*. *Hoffm. En. Lich.* p. 47. t. 7. f. 4.

*Peziza marginata*, concave brownish edge flat some-  
what seolloped, snow white. *With. bot. arrang. of engl.*  
*fung.* ed. 3. vol. IV. p. 351. *Reth. fl. cantab. suppl.* 2. p. 29.  
*Sowerb. engl. fung.* t. 16.

Hab. ad ligna exsiccata *Fagi*, *Quercus*, praesertim *Pini*,  
ubi colore eleganter niveo facile esse manifestat; capituli  
aciculae magnitudine; substantia sicca. Loco natali toto  
immersa, margine primum clauso, prominente, subsari-  
naceo, aut integro, aut radiatim lobato.

*Obs.* Huncce fungillum verum *Lycoperdon radiatum* Lin.  
esse, me docuit cel. *Schwarz*, dignissimus quondam di-  
scipulus *Linnaei*, filii, qui hanc speciem primo invenit.  
illustrique patri dedit. *Nihilominus Linnaei* descriptio.  
et b. *Todei* observatio, inter se, et a mea tantopre diffe-  
runt, ut quisque diversos fungos esse facile putaret. Ho-  
rum virorum observationes huc denuo addere non super-  
vacaneum erit:

„*Magnitudo dimidii fructus Coriandri*. *Discus* sub-  
*globosus*, *fuscus*, *elastice dehiscens*, *expellensque*, cum  
avo-

avolante polline, lanam bombycinam tumescentem, fuscam rariorem adhaerentem. Limbus campaniformis, niveus, sectus fere ad basin in partes 2. aequales, disco paulo longiores, basi integra, ovali cingente discum.

Linné. l. c. —

,Fungus ejaculatorius sessilis, globoso — concavus; vertice radiatim findendo; vesicula seminifera globosa ejicienda (*Char. genericus*) Materia (pars spermatophora) demum viiscidula ante formationem vesculae seminalis membranula tecta, quae tandem in vesiculam ipsam abit.“

Tode l. c.

Ego vero partem fructigeram, s. discum, inclusum fungilli basi adhaerentem, nec vesiculae formem, ubi hoc in *Lycop. carpobola* L., ad quod genus b. Tode eum retulit, obtinet, prosilientem, nec in capillitium solutam. *Trichiis* solenne, hactenus observavi.

**115. Stictis pallida: pustulaeformis, pallida ligni ore elliptico dehiscente. Tab. VI. Fig. 6. et 7.**

Passim ad ligna exsiccata faginea, aut *Taxi baccatae*.

Obs. Inter simplicissimos fungos pertinet, cum solummodo disco fructificante, ligno inclusae, constet: forma, et substantia, pezizarum, margine distincto non prominet, sed ligni pars, sub qua nidulatur, ore nitido, nunc rotunde, nunc more *Hysteriorum*, elliptice dehiscit; in ligno molliore vero ita ampliata, ut fungilli discus fere denudetur. Color amoene pallidus, aut dilute ochraceus.

**116. Stictis? rufa: appplanata, orbicularis, subinversa, obscure rufa. Tab. VI. f. 6.**

Crescit

**Crescit rarissime ad lignum exsiccatum Texi baccatae.**

Antecedente paulo major; puncta rufa repraesentans. Lente conspecta *Pezizam* quandam applanatam referens, verum non concava, nec margine instructa est, quamvis amborum generum nonnullos characteres prae se ferat; parte enim ligni albidiori redditia, tomentosa quasi immersa est.

*Obs.* Unum, alterumve fungillum adhuc possideo, membranam subcarnosam, aut subcoriaceam, simplicissimam, aemulantem; ramorum corticibus, aut ligno; inhaerentem; colore vero diversum, quem alio loco adducere volo.

**117. *Peziza coccinea*:** stipitata; cupula turbinata, aut infundibuliformis; intus coccinea, externe subtomentosa, albida; margine, ut plurimum, crenata.

*Peziza cupularis*; globoso-campanulata; margine crenata. Linn. El. suec. 2. n. 273.

*Fungoides glandis* cupulam referens; margine dentato. Vaill. bot. paris. p. 57. t. 11. f. 1. 2. 3. (sed autumno crescere dicitur).

*Peziza potuliformis*; petiolata, pyriformis, cava, coccinea. Hoffm. veg. crypt. 2. t. VII. f. 5. p. 27.

*Elvela coccinea* seop. carn. II. p. 429. — 80.

*Peziza coccinea* Reich. Pl. Moeno - Francof. n. 987.

*Octospora coccinea*. Timm. megap. p. 261.

*Peziza coccinea*; pyxidata, subpetiolata, arborea, intus coccinea Wigg. prim. Fl. hols. p. 106.

• *Fungus pyxoides, coccineus.* Loessel Boruss. p. 97.

*β. Peziza coccinea* Jacq. Fl. Austr. t. 163.

*Peziza coccinea.* Bolton Fungus. t. 104. c. (Fig. A. B. aliam, et diversam, speciem indicat.)

*Peziza epidendra;* lata, tenuis, cerea, fragilis, glabra, stipitata, subtus albo lutescens; cratera e vesiculosa cupulari, coccinea. Bull. champ. p. 246. t. 467. f. 3.

*Peziza epidendra.* Sowerb. engl. fung. t. 13. (Stipitem vero tam longum nunquam vidi. Color quoque nimis vivide, uti videtur, expressus: An hinc varietas, aut diversa species?)

*Peziza acetabuliformis, coccinei intus coloris.* Batav. fung. armen. p. 27. T. 3. f. N.

Initio veris, ut plurimum mensi Martii, pulchra haecce species in sylvis denudatis, adustie passim, occurrit, magnitudine unci. —

Auctorum delineationes, ab hac specie desumptae, parum differunt, quod vero hinc ortum videatur, cum pro diverso maturitatis stadio forte institutae fuerint, quarum nonnullae nihilo minus varietates, aut subspecies, sistere videntur.

Ceterum non solum colore pulchro, aut crescendi tempore, sese distinguit, sed hanc ob causam memoratu dignissima est, cum huic fungo Historiam agri Ariminensis debemus; dicit enim beatus Batarra l. c. „Hujusce fungilli nitor primus fuit, qui me ad legendos fungos excitavit.“

118. *Peziza aurantia: acaulis, cespitosa, flexuosa, aurantia; extus albidior.*

Peziz.

*Peziza cochleata; turbinata, cochleata Linn. Fl. Suec. ? Vail.*  
*I. c. p. 57. t. 9. f. 8.*

*Peziza cochleata; turbinata, cochleata; interne aurantiaco - coccinea; externe albicans. Willd. Berol. p. 401.*

*Peziza coccinea Bull. champ. p. 269. t. 474. Sowerb.  
 engl. fung. t. 148. Bolt. funguss. t. 100.*

Hab. autumno ad terram, et fere semper in vicinitate  
 caudicis caesi, et excavati quercini. Latitudine  $1\frac{1}{2}$ .  
 ad biuncialem. Aetate juniore omnino integra, s. orbicularis,  
 subconcava, demum flexuoso — expansa, aut  
 uno latere incisa contorta fit, extus parum quoque to-  
 mentosa, et, pro more, superne, non vero externe, se-  
 mina, fumi ad instar, copiose emittit; substantia rigida,  
 fragilis.

119. *Peziza umbrina: acaulis, cespitosa, subcon-  
 torta, umbrina.*

*Peziza cochleata Sowerb. engl. fung. t. 5.*

*Obs. 1. Elvela ochroleuca; acaulis; pileo concavo, plica-  
 to, multiformi, glabro; extus terreo; intus ochroleuco.  
 Schaeff. fung. tom. 5. p. 109. t. 274. primo intuitu simi-  
 lis; sed tamen diversa videtur; fungus Sowerbyi, qui  
 etiam his in regionibus ad terram, sed non tanta ma-  
 gnitudine, crescit, dimidio vero major, et intus umbri-  
 nus, extus sordide lutescens est; fungus Schaefferianus e  
 contrario majorem cespitem efforinat, angustior, et ex-  
 terne umbrinus, interne lutescens, etiam in ligno cres-  
 cens, delineatus est.*

*Obs. 2. An Elvela ochracea, acaulis; pileo concavo;  
 plicato multiformi, ochraceo Schaeff. I. c. p. 103. t. 155.*

et Elvela *Scutellata*; acaulis; — pileo concavo, plicato, multiformi, glabro, luteo; *Ejusd. p. 101. t. 150.* hujus modo varietates, aut diversae species? prior stipite quodam sese distinguit quamvis colore conveniat, minor tamen est; posterior colore flavescente differt.

*Obs. 3.* Ex autopsia dijudicare quoque haud possum, an Elvela *cochleata*, coriacea, sessilis hemisphaerica, auriformis, subcochleata, supra ex fusco nigra, subtus alba, venis costato - ramosis. *Wulf. misc. Austr. p. 112. 113. t. 17. f. 1.* diversa species, sit, nec ne.

**120.** *Peziza alutacea*: acaulis, cespitosa; externe albida; intus pallescente — fuliginea; stipite brevissimo, albo - tomentoso.

*B.* Subsolitaria; extus alutacea; intus e fuligineo sub-purpurascens.

Prov. in sylvis, locis umbrosis.

*Peziza cochleata.* *Bull. champ. p. 263. t. 154.* (exclusis synonymis )?

*Obs.* *Stipes*, potius ut radix salutandus, duas lineas latus; *cupula*  $\frac{1}{2}$  unc. fere lata, externe glabra, demum sublacunosa.

**121.** *Peziza badia*: sulacaulis; *cupula* *integra*, *magine subinvoluta*; intus obscure brunnea; extus pruinato - olivacea; stipite brevissimo, albo - tomentoso.

*Peziza cochlearia* *Bolt, Fungus. p. 99. t. 99.* (Figure praesertim superiores.)

*Hab.*

Hab. passim in sylvis ad terram autumno;  $1\frac{1}{2}$  unc. lata, sublacunosa. Sequentem affinen fungam, qui vero non mera varietas videtur, huc quoque adducere luber.

$\beta.$  *P. truncigena*: solitaria, magna; cupula sessilis, interne purpurascente - badia, externe fuligineo - lutescente.

Hab. rarissime ad trunco, concava,  $1\frac{1}{2}$  uncias magna,  $\frac{3}{4}$  unc. alta.

**I22. Peziza crenata:** sessilis, solitaria, minor, subcinerea; cupula ventricosa, margine crenata.

Tab. IV. Fig. 6.

*Peziza crenata.* Bull. champ. t. 396. f. 5. (exclusis synonymis.)

Hab. autumno, passim, ad terram, in faginetis; ad latera truncorum.

*Descr.* Tres ferme lineas alta, et lata; externe farina quasi adspersa; interne griseopallida, margine subinflexa, crenulata, s. dentata, involuero nucis quercinae exacte similis; substantia fragilis, versus basin tenuior.

Datur varietas, ubi uno latere cupula ad basin incisa est. (Fig. 7.)

**I23. Peziza rufa:** sessilis, stipitataque, glabra, rufa; cupula crassiuscula, concava.

$\beta.$  major, substipitata, cupula subflexuosa; stipite albido.

Hab. frequens ad conos deciduos Pinii sylvestris, ubi sessilis; cupula minor, minus excavata.  $\beta.$  in pinetis

ad

ad terram, aut foliis pineis adhaeret; dimidio major,  
minus conferta; et cupula subinfundibuliformis est.

**124.** *Peziza Solani: gregaria, sparsa, pallescens,*  
*glaberrima; cupula ex hemisphaerico infundibulifor-*  
*mi; stipite longo.*

*Peziza hirudo Batsch E. Fung. tab. 149?* (Quoad for-  
mam, multo vero major est.)

Hab. aestate post pluvias satis frequens ad caules so-  
lani tuberosi exsiccatos, autumno praeterito in cespitem  
collectos, locisque umbrosis dejectos. Quoad cupulae  
magnitudinem inter minores quidem pertinet, sed stipite  
longiusculo, quartam ipsius cupulae partem. Color huius  
species primo aquose pallidus, in fungo exsiccato obscu-  
rior fit.

*Obs.* Simul. eodem in loco observavi specimina qua-  
druplo majora, fere sessilia, ac colore vividiora, quae,  
aut varietas luxurians, aut distincta species videtur.

**125.** *Peziza cinerea: gregaria, acaulis, glabra,*  
*dilute cinerea; margine suberecta albicante.*

*Peziza cinerea; sessilis, plana, diaphana, cinerea.* Willd.  
Berol. nr. 1172. Batsch Elench. fung. Cont. I. p. 197. nr. 136.  
S. 26. f. 137. Sowerb. engl. fung. t. 164.

*B.* pallida; conferta, depressa, subangulata; disco  
sordide pallida, subtus nigrescens. *Octospora pallida.*  
Schrank Fl. bav. nr. 1474.

*y.* alba; sparsa, subdepressa, alba; margino erecto,  
humido.

**Peziz-**

*Peziza nivea*; sessilis nivea, planata tota, vel margine angusto cincta. Batsch *El. fung. cont.* 1. p. 117. t. 56?

Hab. frequens ad ramos putrescentes, praesertim vero intra fissuras truncorum; autumno.  $\beta$ . etiam vere in salicibus cavis occurrit; Substantia subtremellosa, di midium lineae magna;  $\alpha$  magis sparsa provenit.  $\beta$ . aut in series crescens, aut plura individua stellatim conglomerata sunt; margine repando. Exsiccata diminuitur, et maculas nigras repraesentat.  $\gamma$ . hanc ob causam huc ut subspécie, rētuli, cum simul cum  $\alpha$ . eodem in trunco crescentem inveni; saltem forma, et magnitudo, non recedit. Ceterum *Peziza callosa* Bull. *champ.* p. 255. t. 416. f. 1 cum varietatibus, hic quoque pertinet.

126. *Peziza confluens*: aurantia; cupulis confluentibus, subimbricatis, planiusculis, tomento albidō insidentibus. Tab. V. Fig. 6. et 7.

Provenit singularis haecce species ad terram, locis adustis; substantia, et partibus fructificationis, cum ceteris *Pezizis* convenit, quamvis forma diff erat, quae irregularis est, subconvexa, saltem planiuscula, margine lobata, s. undulata, plures in unam confluunt superficiem. Afflata semina, fumi ad instar, in auras avolant.

*Obs.* Talibus in locis, particulis carbonaceis, et cineribus, supercrescens, aline, colore, et substantia, vero subsimilis fungus, 1—2 unc. latus, mihi nonnunquam obvius fuit, qui, quantum meminisse possum, e massa uniformi, cuidam *Corticii* speciei similis constitut, qui nostrae *Pezizae* affinis, formaque diversus, transitum vero ad *Telephoras*, efficit, quarum non paucæ, aetate præ-

sertim iunctiore; ubi omnes resupinatae sunt, plus, minusve, *Pezizas* habitu, non vero substantia, et interiora structura, aemulant; conf. *Pez. antiquata*. Batsch. El. fungor. Cont. 1. p. 203. f. 141. quae meram Telephorae junioris speciem indicat.

**127. Peziza Rosae:** *sparsa, sessilis; cupulis concavis, subcoriaceis, nigrescente - spadiceis tomento concolore insidentibus.*

*Myrothecium hispidum*; sessile, coriaceum, hispidum, fuscum, sparsum; cupulae margine in valvam continuatio; repletura seminali fuscescente, subpellucida. Tode fung. Mecklenb. p. 27. t. 5. f. 41? Reperitur hyeme non infrequens ad ramos Rosae caninae dejectos. Cupulae linea dimidiae latitudine subtomentosab.

**128. Peziza Pruni avium:** *tomento s. subiculo lato nigro, cupulis minutis sparsis concoloribus: ore subconnivente albicante.*

Hab. passim vere, ad caudices juniores exsiccatos *Pruni avium*, ubi mox colore fere nitente-atro et cupulis subglobosis, ore albicante instructis, sese distinguit.

**129. Peziza Hysterium:** *sparsa nigra mollis subrotunda oblongaque rugosa: ore connivente utplurimum oblongo.*

Hab. in caudice quercuum annosarum *Lichenibus crustosis innascens.*

Primo intuitu quemque omnino incertum relinquit quodnam ad genus potius referenda sit haec species. Ob-

iteg

iter enim adspecta scutellas *Lichenis* cuiusdam acmularunt;  
sed substantia mollior, intusque cava est. Ob gelatinæ  
defectum et aperture formam a *Sphaeria* omnino quoque  
recedit, quia medio longitudinaliter quasi dehiscere vi-  
detur *Hysteris* proxima; interea nonnulla individua mo-  
do ita apparent, cum pleraque tota clausa, et apertorum  
margines longitudinaliter approximantur; substantia quo-  
que carnosa, mollis obstat. E contrario plurimos *Peziza-*  
*rūm* characteres in se continet, quae sequentes sunt.

1. Forma rotunda.
2. Substantia carnosa.
3. Aetate juvenili quidem clausa est, adulta vero,  
praesertim aqua irrorata, dehiscit ore oblongo  
aut triquetro, pallescente serrulato.

Ceterum forma est subrotunda ovata, angulata aut  
flexuosa, externe rugulosa, exsiccata subdepressa, intus  
extusque nigra; lin. unam lata.

### 130. *Peziza pinastri: sparsa substipitata atro-ni-* *tida, margine acuto.*

Hab. ad cortices Pini, ex quibus tota prominet: sti-  
pite subtenui inmerso remanente.

Obs. Colore toto nigro a *Peziza cerasi* differt, et cum  
solitarie, nec cespitose crescat, nec non ob cupulam te-  
nuorem, hinc subflexuosam, et nitidam pro varietate  
*Pezizæ prunastri* non sumenda; crustæ defectæ, nec non  
loco a *Lichenibus* removenda, quamvis structura et sub-  
stantia exacto cum *Lichenum* scutellis conveniat.

131. *Peziza Sclerotium: sparsa minuta tomentosa candida ore connivente globosa.*

*Sclerotium villosum, sphaericum villosum aggregatum.*  
*Tode fung. Mecklenb. I. p. 6 t. I. f. 10?*

*Prop. vernali tempore ad caules aridos plantarum majorum.*

*Cupula acaulis tempestate praesertim siccata, clausa est,*  
*aere humido ejus discus parum conspicuus fit. Ceterum*  
*inter minutissimas pertinet species, dum ut granulæ*  
*tertiam lineæ partem ad aequat.*

132. *Peziza incarnata: sessilis globosa hirsuta*  
*incarnato - albida.*

*Verno tempore in caule herbarum majorum. Ut et*  
*antecedens, cuius forte varietas, minutissima, plerumque*  
*clausa, extus albida, intus incarnata.*

133. *Peziza transparens: gregaria subsessilis*  
*subglobosa tomentosa alba: disco flavo transparente.*

*Habitat rarius, primo vere, in virgultis aridis Gregarie nascitur, lineam vix lata, Junior plantula fere globosa et clausa; adulta parum sese explicat disco flavo subdenudato; quinam color interea foras translucet.*

*Stipes brevissimus,  $1\frac{1}{3}$  lin. vix altus.*

*Obs. An quoad speciem a Peziza Oxiacanthae Obs. mycolog. I. p. 41. diversa? Stipe, licet brevi, ab antecedente differt.*

**134. Peziza convexula: terrestris glabra sessilis  
subconvexa ochraceo - carneae.**

*Obs.* Huius speciei singulare, quod, etiamsi inter minutus pertineat:  $\frac{3}{4}$  lin. enim vix lata est, tamen in sylvis ad terram nudam, ubi autumnu rarius invenitur, provenit. Sic pluribus a aliis speciebus facile quoque dignoscitur, quod *cupula*, quae orbicularis, disco non concava est. *Color* huic ex ochraceo subrubescit.

**135. Peziza pallescens: conferta glabra albida de-  
mum pallescens, stipite crassiusculo, cupula infundi-  
buliformi.**

*Peziza lenticularis. Hoffm. Fl. germ. 2. t. 13. f. 4.*

Hab. passim ad trunco exsiccatos fagineos.

Quoad habitum cum *Peziza citrina*, *Disp. method. fung.* p. 34. f. 1. octospora, citrina *Hedwig Descr. et annal. musc. frondos.* 2. t. 8. Fig. B. convenient, dimidio vero minor est, et praecipue colore differt, qui in optimo fungi vigore albidus est, dein vero pallescit. *Cupula* substantia crassiuscula, juniorum formam habet exacte obconicam, in adultis magis explicatur.

Huic speciei adhuc solenne est, quod frequens in so-  
ciitate *Domatii antennae farmis* Hoffm. crescens obser-  
vatur; uti ex descriptione et iconē cel. Hoffmanni (l. c.)  
videri potest.

**136. Peziza lenticularis: congesta adpressa  
subconvexa laete flava, stipite vix ullo papillaeformi  
nigrescente.**

**Peziza**

*Peziza lenticularis sessilis.* Bull. champ. t. 300. f. a. c.  
Elvela lentiformis scop. Fl. carn. ed. 2. v. 2. p. 481.

*Peziza flava,* sessilis plana orbiculata, flava. Willd.  
Berol. nr. 1175.

Hab. sero autumno, et fere hyemis initio ad truncos  
et ramos exsiccatos frequens.

Descr. Cupula latitudine linearis, juniorum subinfundibuliformis, demum convexo - plana, lentiformis; in senescentibus individuis, Hymenio delabente, ut glumas fabae remanent. Porro sessilis est haec - species, sed tam prominentia quadam papilliformi, nigrescente; in aliis stipite quodam crassiusculo pallido trunko adhaeret.

137. *Peziza coronata:* stipitata pallescens, cu-  
pula glabra, margine dentibus elongatis strictis, sti-  
pite longiusculo incurvo albido.

*Peziza coronata*, minima tenuis fragilis stipitata ferru-  
gineo - fuliginea, cratera cupulari: margine pilis corona-  
to Bull. champ. p. 251, t. 411. f. IV.

*Peziza denticulata*, stipitata flavescens, extus glabra,  
disco planiusculo margine denticulato. Fl. dan. t. 1016.  
f. I.

*Peziza inflexa*, stipitata, stipite incurvo, margine ci-  
llaris. Bolt. Funguss. t. 106. f. 2. (huc pertinet; modo  
major et colore albida.

*Peziza armata*, stipitata infundibuliformis flavescens,  
margine dentato: dentibus setaceis erectis. Roth. Catale-  
cta 1. p. 240.

Habitat aestate in sylvis ad stipites et virgulta arida,  
gregarie, sed non equidem agmine denso crescens. Colo-

re primum albido, demum pallescens. *Cupula* lin. 1. fero  
lata, margine dentibus setaceis sparsis coronata. *Stipes*  $1\frac{1}{2}$   
lineas longus, a loco incurvus.

138. *Peziza Platani*: a caulis minutissima applanata orbicularis, intus albida extus nigra setosa setis margine strictis.

Hab. rarissime in foliis putrescentibus *Aceris Platani*.

*Cupula* tempestate humida foliis, appressa, applanata; exsiccata connivet: margine erecto. *Velum* setosum magis in margine conspicuum.

139. *Peziza scutellata*: majuscula sessilis applanata aurantio-rubra, externe setis divergentibus nigris hispida.

*Peziza scutellata*, plana, margine convexo piloso. Linn.  
syst. Veg. XV. p. 1018. Sowerby engl. fung. t. 24.

*Peziza scutellata*, sessilis vel subpetiolata, patens, margine acuto, externe pilosa, depresso-convexa, vel planata. Batsch El. Fung. p. 12. t. 12. f. 84.

*Peziza scutellata*, planiuscula scutellata unicolor aurantiaca, prona parte pilis nigricantibus hispidula. Bull. Herbier de la France t. 10.

*Peziza scutellata*, sessilis plano-convexa, margine piloso. Willd. Fl. Berol. p. 403. (verum, in descriptione brevi addita, quoad colorem de illa perhibetur, eam violaceo-coccineam esse, quae varietas singularis, aut diversa species hinc videtur.)

*Peziza palpebrata*, aurantia plana, longe ciliata. Gmel.  
Syst. Nat. Linn. 2. p. 1457.

Patel-

*Patella ciliata*, aurantia, longe ciliata. *Wigg. Prim. Fl. Hols.* n. 1130.

*Octospora hirta*, trunco simplici, orbiculari, extus fusco rutilante toto piloso; disco coccineo, seminibus rotundato-ovatis, granulatis. *Hedw. Musc. frond.* 2. p. 12. t. 3. f. 13.

*Elvela ciliata scop. carn.* 2. nr. 1620. *Schaeff. Fung. bav.* t. 284. *Hoffm. veg. cryptog.* 2. p. 25. t. VII. f. 3. (sub *Peziza*.)

*Elvela orbicularis*, minima, sessilis et coccinea plana margine ciliato vel nudo. *Gleditsch meth. fung.* p. 45.?

*Fungoides coccineum* lentiforme, oris pilosis. *Mich. N. gen. pl.* 207. t. 86. f. 19.

*Fungoides scutellatum*, aurantii coloris. *Tourn. Inst.* p. 561.

*Fungus minimus*, scutellatus, coloris aurantii. *Vail-lant. bot. parisiens.* t. 13. f. 11. (Icon equidem haud. congrua).

Provenit autumni initio, passim (minori in copia ad 3—5 individua) ad truncos putrescentes, locis praesertim uidis, hinc saepe in palis ad fluviorum ripas; secundum Schaeffer (l. e.) in Bavaria vernalis plantula est. Juniores ob setas confertas, subimbricatas, totae fere nigrescunt, quae in cupula adulta, explicata, sparsae observantur, in margine frequentiores sunt, primo obtutu quidem nigrae apparent, sed potius colore sunt badio. Latitudo totius fungi sesqui - aut bilinear is est.

Obs. Affinem quandam speciem Rev. von Wulfen sub nomine *Elvela* (*Peziza*) *ciliaris*, sessilis ceracea hemisphaerico-concava coccinea (subtus glabra) oris nigro-cilia-

tis

nis in *Jaq. coll.* 1. p. 346. descriptsit, quae quoad descriptionem, cupula margine tantum setosa esset.

140. *Peziza stercorea*: *gregaria sessilis*, cupula concava tota fulva: setis badiis suberectis.

*Patella stercorea*, flava extus hirsutula, *Wigg. Prim. fl. Hols.* p. 106. nr. 1131. *Gmel. syst. Nat. Linn.* 11. p. 1457.

*Peziza ciliata*. *Bull. champ.* t. 430. t. 1. (*mala*).

*Peziza ciliata*, fulva concava exterius laevis: margine ciliato, *Gmel. l. c.* p. 1456.

*Peziza scutellata*. *Bolt. Funguss.* t. 108. (exclusis synonymis.)

*Peziza Hedwigii Disp. meth. fung.* p. 34. et *suppl.* p. 75.

*Octospora scutellata*. *Hedw. musc. frond.* 2. p. 11. t. 5. f. 1. (exclusis synonymis.)

*Octospora setigera*, cupula flavescens, intus glabra, extus setis brunnescentibus obsita. *Schrank Fl. bav.* nr. 1477.

*Peziza equina*, globosa fulva externe setosa *Fl. dan.* t. 779. f. 3.

Hab. aestatis fine et vere, in fimo ut plurimum equino, aut cervino, passim et gallinaceo, rarius ad terram.

Obs. Ab antecedente specie non solum loco natali, colore nec non habitu differt; sed secundum observationes b. *Hedwigii*, quoad interiorem structuram a se invicem quam maxime diversae sunt; *Thecae enim in Peziza scutellata* sunt cylindricae, pedunculatae pelluentes; summitate rotundata, paraphysesque in summitate intumescente coloratae. *Seminula* rotundato-ovalia, alba, pellucida, ad maxima augmenta globulis minutissimis refer-

ta, adparent. In *Peziza stercorea* paraphyses sunt latitudine ferme aequales et sporulae majusculae, ovatae, octo, (*Hedwigius*, se in una alterave theca quatuordecim obser-  
vasse, contendit.)

**141. *Stercum hirsutum: cespitosum lutescens  
strigoso-hirsutum.***

*Thaelaephora hirsuta*, explanata, flava, extus hirsuta.  
*Willd. berol.* p. 397. *Roth. fl. germ.* 1. p. 539.

*Auricularia reflexa*, perennis coriacea tenuis, supra  
villosa, subtus glabra. *Sibth. Fl. oxon.* p. 384. *Wither.  
bot. arrang. of engl. pl. ed. 2. v. 3.* p. 434.

*Auricularia reflexa*, *Bull. champ.* t. 274. et 483. *Sower.  
by. engl. fung.* t.

*Boletus auriformis*. *Bolt Funguss.* p. 82. t. 82. (Icon  
diversas species, figuris vero haud distinctis pictas si-  
stere videtur.)

*Helvella pineti* *Lin. syst. veg.* 15. p. 1017. (hujus loci)  
*Helvella acaulis* *Huds. fl. angl. ed.* 2. p. 633.

*Helvella villosa*. *Reh. fl. cantabr.* nr. 960.

*Agaricus villosus inferno laevis* *Raji synops.* p. 21.

Habitat ad diversos arborum truncos exsiccatos, ut  
plurimum fagineos et quercinos; 2—3 unc. longum  $1\frac{1}{2}$   
latum; primo resupinatum, orbiculare, subconcaivum.  
*Pezizis* simile.

*Obs.* Sequentes mihi innoverunt varietates, quarum  
d. omnino propria species esse potest, ut ex ejus brevi  
addita descriptione apparabit

*x. vul-*

- α. *vulgare*, pileo tomentoso pallido, subtus (hymenio) subcinerascente.  
 β. *lutescens*, pileo hirsuto lutescente. (Sowerby l. c.?)  
 γ. *undulatum*, minor, pileis confertis, margine undulatis ochraceis.  
 δ. *rameale*, opaca albido-pallida simplex parva subrotunda aut elongata effuso-reflexa, hymenio zonis concentricis.

Haec subspecies ad ramulos fagineos provenit exsiccatos, in arbore adhuc viva, ex quibus quasi pendula est; simplex s. non imbricata observatur; magis quoque effusa, applanata quam horizontalis crescit, iunior vero orbicularis, primo pallida, dein albicans, dimidiata unciam ampla.

**142. *Stercum lilacinum: horizontale dimidiatum***  
*subcarnosum molle axonatum tomentosum pallidum,*  
*margine subtusque dilute purpureum, demum fus-*  
*cescens.*

Provenit rarius ad truncos abietinos autumno.

Longitudine biunciale,  $\frac{1}{2}$  -  $\frac{3}{3}$  unc. latum, tomento brevi obductum, substantia carnosum, molle quidem est, verum non tremellosum; in statu recenti marginem versus purpurascens, inferne totum fere amoene roseum, qui nam color, fungo exsiccando, (in pileo) totus demum flavescit, et in hymenio in fuscum abit; subtus ut plurimum laeve, aut papillis rarioribus obsitum.

*Obs.*

*Obs. 1.* Elvela lilacina Batsch. *El. fung.* p. 187. f. 151.  
quoad formam, praesertim fere colorem quidem congruit,  
verum Auctor de hac specie dicit, eam esse zonatam s.  
fasciatam.

*2.* Stercum purpureum: imbricatum subtremellosum zo-  
natum tomentosum albidum, subitus purpureum *Disp.*  
*meth. fung.* p. 30. substantia conis et loco differt.

## M E R U L I U S.

*Hymenium in lamellas anastomosantes s. plicas di-  
chotomas venisque inter se connexas prominens.*

**143.** Merulius tremellosus: acaulis subimbrica-  
tus carnosο-tremellosus, pileo effuso-reflexo tomen-  
toso albo, plicis subporiformibus acutis rubicundis.

Merulius tremellosus, pileo villoso albido, venis reti-  
culatis croceis. *Schrad. spic. fl. germ.* p. 139.

Agaricus betulinus. *Fl. dan. t. 776?* (Saltem icon ad  
exemplar incompletum est facta.)

*Prov.* autumno passim et ut plurimum ad truncos  
quercinos.

*Descr.* Aetate juniore totus resupinatus et forma ele-  
ganti orbiculari sese distinguit, demum subimbricatus fit,  
et situ horizontali reflectitur.

*Pileus* 3. unc. plerumque latus, 2. lin. crassus tam ob  
substantiam, quam ob tomentum molissimum, ex duobus  
tribusque

tribusque lobis imbricatus, qui in una alterave parte secum connati sunt.

*Hymenium* substantia fere cartilagineum, primo quoque albidum, demum carneo-croceum, constat ex plicis poriformibus ferme, margine acutis; hinc primo obtutu omnino quemque incertum relinquit, nonne potius *Boleti* sit species; verum plicae tubos elongatos non efficiunt, et in pilei margine ramulos maiores sistunt.

144. *Merulius sepiarius: dimidiatus subelongatus, pileo coriaceo strigoso - tomentoso spadiceo, lamellis confertis ramosis lutescentibus.*

*Merulius sepiarius* Schrank Fl. bav. 2. p. 575. Disp. method. fung. p. 26.

*Agaricus betulinus*, coriaceus villosus; margine obtuso, lamellis ramosis anastomosantibus. Linn. syst. Veg. 15. p. 1015. Fl. suecic. ed. 2. 451.

*Merulius squamosus*, membranaceus, pileo rubiginoso squamoso (?), venis cervinis. Schrad, apud Gmel. syst. Nat. Linn. 11. p. 1431. Ejusd. spicil. fl. germ. p. 140—141.

*Agaricus sepiarius*, acaulis, coriaceus, semi-elliptoideus, supra ex flavo fuscо-nigrescens, villosus, fascia marginali albido flavescens, subtus una cum lamellis ramosis albido-flavens. v. Wulf in Jacq. Coll. v. 1. p. 349.

*Agaricus hirsutus*. Schaeff. Fung. bav. t. 76.

*Agaricus tricolor*. Bull. champ. t. 541. f. 2.

β. pileo resupinato suborbiculari.

Agari-

*y. Subterraneus: resupinatus pileo margine lamel-*  
*lisque undulatus.*

*Agaricus undulatus*, acaulis resupinatus inferne villosus  
*fasciatus rufus*, superne lamellatus: lamellis margineque  
*undulatis*. Hoffm. Veget. in Hercyneae subterraneis p. 7. t. 4.

*d. proliferus: pileo resupinato e medio prolifero.*  
*e. integer: subsolitarius, pileo integerrimo supino,*  
*subtus medio affixo.*

*Agaricus de St. Clou. Vaill. bot. parisiens. t. 1. f. 1-3.*

His in regionibus solummodo ad trunco et ligna fabrefacta, pro Sepibus destinata, hanc speciem inveni. In Suecia et Gallia ad cortices Betulae quoque crescere dicitur.

*Descr. Pileus unc. 1½ latus, 2 ut plurimum longus,*  
*sed et ad 4-6. unc. elongatus reperitur, 3-4 lin. una*  
*cum lamellis crassus, subundulatus, planiusculus, fascia-*  
*tus: zonae subhirsutae et una alterave parte fere strigo-*  
*sae; substantia sicca, colore subumbinus: margine exti-*  
*mo cinerescente-flavus, basin versus nigrescens fere.*

*Lamellae crassiusculae, ramosae, versus pilei basin poros*  
*quasi efficiunt, 2 lin. latae fere, tenaces, colore primo*  
*subnitidae, lutescunt, dein dilute ferruginea, opacae.*

*Varietas altera, ut plurimum orbicularis, in medio sub-*  
*tus ligno affixa, superne lamellas gerens, colore fere tota*  
*umbrina, nigrescens.*

*Obs. 1. Cum pluribus plantarum scrutatoribus huc*  
*usque dubius fui, quinam proprius Agaricus betulinus Lin-*  
*næi sit, dum nunc cœl. Schwarz in litteris me certiore*  
*fecit, hanc speciem in Suecia sub nomine Agaricis betulinus*  
*L. notam esse, quod etiam secundum descriptionem Lin-*  
*næi verosimile est; confer, Fl. suecica t. c.*

*Obs.*

*Obs. 2.* Non confundi debet cum *Agarico assercicorum* Schrad. spicil. p. 134. s. *Agaricus abietinus* Bull. champ. t. 1541. f. 1 cui, quoad substantiam et colorem; primo obtutu convenit; verum *Lamellae* in hoc fungo latiores sunt, fere simplices, distantes, ac colore obscure cinereae, et *pileus* vix tomentosus, nec fasciatus, colore obscure umbrinus, nigrescens fere.

### H Y D N U M.

*Pileo manifesto horizontali, subtus echinato.*

145. *Hydnum rufescens*: *pileo carnoso subto-*  
*mentoso e rufescente subcarneo, subulis acutis subcom-*  
*pressis incarnato - ochraceis, stipite tenuiusculo sub-*  
*cylindrico.*

*Hydnum repandum* Bolt. *Funguss.* p. 88. t. 88. (Hujus loci est.)

*Hydnum carnosum* Batsch. *El. Fung.* p. 197. t. 26. f.  
1362 (quoad pilei colorem. Stipes vero validus dicitur.)

*Hydnum rufescens* Schaeff. *Fung. bav.* t. 141. f. 2. et 3.

Hab. passim in faginetis.

*Descr.* *Stipes* 1—3 uncias longus, dimidiata unciam crassus, solidus, crassitudine subaequalis, interea versus apicem parum latior, colore albidus. *Subulae* 3 lin. fere longae,  $\frac{1}{2}$  lin. crassae, confertae, tennes, plures attenuato - terretes, non subcompressae, nitidae.

*Pileus*  $2\frac{1}{2}$  — ad 3 unc. latus, 3 lin. crassus, convexo-planus, regularis, integer, superficie rugulosa zonisque obsoletis distinctus, ac tomento brevissimo obsitus, colore alutaceo-fulvus, s. rufescens, opacus.

*Obs.*

*Obs.* Differentiam a sequente vulgari specie quacum facile commutari potest, quisque hinc perspicere potest.

146. *Hydnum repandum: incarnato - pallidum, pileo rugoso, flexuoso sublobato glabro, subulis crassiusculis: pluribus compressis, stipite tuberoso sub-excentrico.*

*Hydnum repandum, stipitatum, pileo convexo laevi flexuoso Linn. syst. Veg. XV. p. 1017.*

*Hydnum repandum Sowerby engl. fungi t. 176. (Icon. optima.)*

*Hydnum imbricatum Bolt Funguss. t. 87. (exclusis-synonymis.)*

*Hydnum rufescens. Schaeff. fung. bav. t. 141. f. 4-IX.*

*Hydnum flavidum Ejusd. t. 318. et*

*Hydnum squamosum t. 273. modo ut varietates considerari possunt.*

Hab. frequens autumno in sylvis.

*Obs.* Pileo fragili, inaequali, disformi, repando, rarius dimidiato; subulis forma variis, teretibus acutis, compresso-semitubulosis, obtusis, et (ad observationem cl. Sowerby.) passim digitatis: nec non stipite brevi, crasso, subbuloso, ut plurimum excentrico, facile dignosci potest.

Sapore haud ingratum, hinc ob substantiam copiosam ad eibum adhiberi potest.

Sequen-

Sequentem inter hanc et antecedentem speciem fungum *intermedium* in sylvis Sollingensibus rarius observavi, cuius differentiam, quam in animadversariis adnotatam invenio, hic ad ulteriorem indagationem addere volo:

**I47.** *Hydnum medium*: *pileo flexuoso pallido glabro, subulis tenuibus acutis, stipite crasso brevi albido.*

Hab. in querctis. Magnitudine communi. Forma pilei et stipitis quadantenus cum Hydno repando conuenit. Subularum teneritate, parum et colore, ad *Hydnum rufescens* accedit.

### T R E M E L L A.

*Dilatata*, gelatinosa, plicato-gyrosa.

**I48.** *Tremella fimbriata*: *umbrino - fuliginea suberecta, latere incisa, margine undulata.*

*Tremella undulata* ascendens sinuato-undulata purpurea. Hoffm. veg. crypt. 1. p. 2. t. VII. f. 1. ? (an hujus varietas?)

Ad ramos ratissime ad terram dejectos.

Descr. Sursum dilatata, uno latere dehicens, marginibus lateralibus sibi tamen approximatis, undique pulvere obtecta, ex umbrino rufescens, basi obscurior, semunciam alta, 3-4. lineas lata.

149. *Tremella foliacea*: gregaria utrinque glabra tenuis undulato-plicata concava, basi crispa, cinnamomeo-carnea.

Provenit pluvioso tempore gregarie ad trunco subputridos, praesertim *Coryli Avellanae*, autumno. Unc.  $1\frac{1}{2}$  lata, totidem fere alta, lin. 1. crassa, demum pruina seminali undique obiecta, pellucida; colore rufescente-carnea, demum obscure-fusca s. cinnamomeo-carnea; forma pezizoidea.

150. *Tremella Auricula Judae*: cespitosa tenuis flexuosa concava nigrescente-umbrina, subtus plicata subtomentosa, olivaceo-cinerea.

*Peziza Auricula*, concava rugosa auriformis Lin. Syst veg. XV. p. 1018.

*Tremella Auricula*, sessilis membranacea auriformis cinerea Fl. Suec. p. 4. 29.

*Merulius Auricula*. Roth, Fl. Germ. 1. p. 535.

*Tremella Auricula Judae*. Bull. t. 427. f. 11. (Varietas? colore enim rufescente-fuligineo est delineata.)

*Obs.* Plura hujus in truncis *Sambuci nigrae vulgaris*, et unicuique a longo jam tempore cognitae speciei synonyma, nec non descriptionem in medium proferri, omnino superfluum videretur. Adnotare sufficit, ob substantiam et superficiem plicatam, potius ad *Tremellas*, quam ad ullum aliud genus pertinere. Aequo ob plicas nonnulli hunc fungum ad *Merulios* retulerunt, verum plicae

plicae non venosae, aut dichotomae sunt, et quod summa rei est, subtus, nec in *Hymenio* s. parte fructificante, uti in *veris Meruliis*, observantur.

In disco hinc inde *papillas* minutissimas, sparsas, inveni, quae affinitatem cum sequente specie indicare videntur.

**151. *Tremella spiculosa*: *appplanata effusa crassiuscula nigra*, *papillis conicis spiculosa*.**

*Tremella glandulosa*, gelatinosa subrotunda pulvinata, fusco-nigricans, integra: superficie mammosa. *Bull. champ.* p. 220. t. 420. f. 1.

*Tremella atra*: supra (?) tomentosa, subtus glabra nitida, punctis (?) sparsis. *Fl. dan.* t. 484. *huc pertinet*, /*8 Tremella sagarum* (l. c.) t. 485. f. 5. vero, a nonnullis *huc alle-16 gata*, *Tremellam mesentericam* *Jacq.* saltem quoad colorem repraesentare videtur.

*Tremella arborea Hoffm.* *vag.* *crypt.* 1. p. 37. t. 8. f. 1. cum reliquis allatis synonymis, quae ibi perspici possunt.

*Tremella arborea coriacea* tenuis, auriculaeformis, superne atra, inferne velutino-olivacea, sessilis. *Villars Dauph.* v. 3. p. 1008. potius *Tremellam Auriculam*, quam *Tr. arboream* *Huds.* sistit.

Provenit sero autumno ad varios truncoꝝ et ramos exsiccatos.

*Descr.* Aetate juniore subrotunda, demum forma indeterminate effusa, saepe 2—3 unc. lata evadit, 5 lineas crassa; subtus una alterave parte loco natali admata est,

et ibi, quod nondum animadversum invenio, tomento tenui obducta est, in disco ubique fere prominent papillae forma conicae, quibus ab omnibus cognitis speciebus facile distinguitur. Caeterum gelatinosa est et pellucida, colore e glauco nigrescente, domi asservata pulverem seminalem albidum copiose in superficie secernit.

### X Y L O M A.

*Receptaculum varium, duriusculum, intus subcarnosum, clausum remanens, aut vario modo demum ruptum.*

152. *Xyloma punctatum: peritheciis distinctis subrotundis, in maculam nigram aggregatis.*

Hab. passim ad folia *Aceris Pseudoplatani*. *Macula nigra*, vario modo effusa, angulata observatur, in qua resident *perithecia*, secum non uti in *Xyl. acerino*, connata, sed ut *puncta distincta*, sub lento ut *tubercula ovata*, convexa, rugosa s. plicata, apparent. Loco etiam natali ab eo diversum, *Xyloma acerinum* enim in foliis *Acer. Platanoides* crescit.

153. *Xyloma stellare: picuum, margine fibris divergentibus radiatum.*

Hab. rarius in foliis *Phyteumatis spicatae*. *Macula*  $\frac{5}{2}$  unc. plus minusve lata, forma grata, disco uniformis, *laevis*, colore aterrimo, margine radiatim fissa: *fibras* nunc

nunc nigrae, nunc cinereae. Nulla perithecia distincta hactenus observavi.

**154. Xyloma? rubrum: confertum suborbiculare  
confluens rubrum.**

Hab. utplurimum autumno, in foliis *Pruni domesticae*, rarius *Pr. spinosae*. Duas quatuorve lineas latum, crassiusculum, per lentem observatum in superficie conspicuntur puncta obscuriora, quae ut ostiola forte ad perithecia, in substantia latentia, rotundata, sphaeruliformia, sed non rigida, pertinent.

Obs. Primo intuitu, praesertim ob colorem, (*Xylomatibus* ceterum nigrum) *Uredinis* speciem mentitur, verum accuratius indagatum substantiam similarem, farctam habet, capsulis aut sporulis manifestis haud refertam, hinc omnino incertum, utrum revera ad hocce genus referendum sit, imo an in universum fungorum speciem efficiat. Ulterioris indagationis ergo hic recensere, haud inutile putavi.

**155. Xyloma concentricum: simplex, peritheciis parvis orbicularibus depressis subconcavis fuligineo-cinereis, in maculam concentrica ordinatis.**

Hab. in foliis *Populi Tremulae* adhuc semiviridibus, maculam circinatam l. unc, fere latam exhibens. Perithecia punctiformia, primo nigra, deinde fuliginosa, apice demum rupta, inter se distant.

**156. Eri-**

156. *Erineum fagineum: compactum subellipticum spadiceum.*

Hab. in foliis *Fagi sylvatica*e, prona parte, vernali tempore reperiendum.

*Descr.* *Cespitulus* aversam folii paginam bullatim parum protrudit, forma primo subrotundus, margine angulatus, demum subelongatus, elliptoidens, ad tactum parum mollis. *Fila* brevissima, compacta, colore matricis, sed obscuriore, sub lente squamulas incurvas nitidas monstrans.

## INDEX ALPHABETICUS

## GENERUM ET SPECIERUM.

## A.

	pag.		pag.
<i>Aecidium cornutum</i>	22	<i>Agaricus Haemato-</i>	
<i>Ranunculi acris</i>	22	<i>pus</i>	56
<i>Ranunculi Ficariae</i>	23	<i>infractus</i>	42
<i>Aegerita? Lichenoi-</i>		<i>laetus</i>	48
<i>des</i>	21	<i>nigricans</i>	50
<i>Agaricus alliaceus.</i>	54	<i>nudus</i>	44
<i>Amanitae</i>	52	<i>polygrammus</i>	59
<i>Bulliardii</i>	45	<i>roseus</i>	51
<i>coccineus</i>	49	<i>Schaefferi</i>	55
<i>Epigaeus</i>	47	<i>Sclerotii</i>	53
<i>fuligineus</i>	45	<i>Scopolii</i>	55
<i>fulvo-fulagineus</i>	43	<i>sinuatus</i>	46
<i>fulvus</i>	50	<i>striato-pellucidus</i>	48
<i>galericulatus</i>	57	<i>subsimilis</i>	43
<i>Galopus</i>	56	<i>Tephromelas</i>	47
<i>griseus</i>	48	<i>tristis</i>	49

H

Ag-a-

	Pag.		Pag.
<i>Agaricus tuberosus</i>	53	<i>Corticium chalib.</i>	19
<i>variabilis</i>	46	<i>ferrugineum</i>	18
<i>violaceus.</i>	44	<i>strigosum</i>	18
<i>Amanita aspera</i>	38	<i>viscosum</i>	18
<i>muscaria var. β.</i>	37		
<i>pusilla</i>	56		
		<b>E.</b>	
		<i>Erineum fagineum</i>	102
		<b>F.</b>	
<i>Boletus adustus</i>	8	<i>Fuligo pallida</i>	36
<i>applanatus</i>	2		
<i>aurantiacus</i>	12		
<i>crispus</i>	8	<b>G.</b>	
<i>dryadenus</i>	5	<i>Geoglossum atropur-</i>	
<i>fomentarius</i>	1	<i>pureum</i>	62
<i>igniarius</i>	5	<i>glabrum (et varie-</i>	
<i>leucopodius</i>	11	<i>tas uliginosa)</i>	62
<i>marginatus</i>	6		
<i>obtusus</i>	4	<b>H.</b>	
<i>pomaceus</i>	5	<i>Helvella acaulis</i>	20
<i>pulvinus</i>	7	<i>leucophaea</i>	19
<i>rufus</i>	13	<i>Hydn um medium</i>	97
<i>scaber</i>	13	<i>repandum</i>	96
<i>subtomentosus</i>	9	<i>rufescens</i>	95
<i>ungulatus</i>	4		
<i>vitellinus</i>	11	<b>L.</b>	
		<i>Lactarius controvers-</i>	
		<i>sus</i>	39
		<i>Necator</i>	42
		<i>piperatus</i>	40
		<i>torminosus</i>	41
		<i>Leotia ? acicularis</i>	20
		<i>fimetaria</i>	21
<i>Clavaria ericetorum</i>	69	<i>Lycogala miniata</i>	26
<i>Muscicola</i>	60	<i>Lycoperdon molle</i>	70
<i>sanguinea</i>	61		
<i>spinulosa</i>	69		
		<b>M.</b>	

	pag.		pag.
<b>M.</b>			
<i>Merulius sepiarius</i>	93	<i>Peziza Rosae</i>	82
<i>tremellosus</i>	92	<i>rufa</i>	79
<i>Monilia Penicillus</i>	35	<i>Scelerotium</i>	84
		<i>scutellata</i>	87
<b>O.</b>			
<i>Odontia cerasi</i>	36	<i>Solani</i>	80
<i>crustosa</i>	16	<i>stercorea</i>	89
<i>quercina</i>	17	<i>transparens</i>	84
<i>Onygena decorticata</i>	72	<i>umbrina</i>	77
<i>equina</i>	71	<i>Poria Cephalotes</i>	15
		<i>epiphylla</i>	15
<b>P.</b>			
<i>Peziza alutacea</i>	78	<i>nitida</i>	15
<i>aurantia</i>	76	<i>Radula</i>	14
<i>badia</i> (et var. <i>trun-</i> <i>cigena</i> )	78	<i>Puccinia Anemones</i>	24
<i>confluens</i>	81	<i>Valantiae</i>	25
<i>ciliaris</i>	88		
<i>cinerea</i> (cum varietatibus)	80	<b>R.</b>	
<i>coccinea</i>	75	<i>Racodium?</i> <i>aerugin.</i>	19
<i>convexula</i>	85		
<i>coronata</i>	86	<b>S.</b>	
<i>crenata</i>	79	<i>Sclerotium popul-</i>	
<i>denticulata</i>	86	<i>neum</i>	25
<i>Hysterium</i>	82	<i>Sphaeria acuta</i>	70
<i>incarnata</i>	84	<i>alutacea</i>	66
<i>lenticularis</i>	85	<i>bulbosa</i>	65
<i>pallescens</i>	85	<i>Carpophila</i>	65
<i>Pinastri</i>	83	<i>ciliata</i>	67
<i>Platani</i>	87	<i>complanata</i>	69
<i>Pruni Avium</i>	82	<i>digitata</i>	65
		<i>Erythrostoma</i>	70
		<i>fuliginosa</i>	68
		<i>Himantia</i>	69
		<i>longissima</i>	68
		<i>militaris</i>	66
			<i>Sphae-</i>

	pag.		pag.
<i>Sphaeria mucosa</i>	68	<i>Trichia cylindrica</i>	33
<i>nebulosa</i>	69	<i>ovata</i>	35
<i>populina</i>	67	<i>pyriformis</i>	33
<i>polymorpha</i> (cum va- riet.)	65	<i>varia</i>	32
<i>Stereum hirsutum</i>		<i>vulgaris</i>	32
(cum variet.)	90	<i>Tubulina fallax</i>	28
<i>lilacinum</i>	91	<i>fragiformis</i>	29
<i>Stictis pallida</i>	74	<i>operculata</i> .	52
<i>radiata</i>	75		
<i>rufa</i>	74		
		<b>V.</b>	
<b>T.</b>		<i>Uredo Euphorbiae cy-</i>	
<i>Tremella Auricula</i>	98	<i>parissiae</i>	23
<i>fimbriata</i>	97	<i>Rubi Idaei</i>	24
<i>foliacea</i>	98	<i>suaveolens</i> .	24
<i>spiculosaa</i>	99		
<i>Trichia clavata.</i>	34	<b>X.</b>	
<i>cordata.</i>	53	<i>Xyloma concentr.</i>	102
		<i>punctatum</i>	100
		<i>rubrum</i>	101
		<i>stellare.</i>	100

## C O R R I G E N D A

---

Cum auctor ipse nonnullas modo plagulas a vitiis typographicis purgare potuerit, a benevolo petit lectore, ut sequentes errores emendet, minus vero graves, praesertim etiam quod ad interpunctiones perrinet, quae nescio quo calamo insertae sunt, aequi bonique consulat.

Pag. 58 lin. 10 loc. blbouso leg. bulboso.

- 39 lin. 5 post variegatus add. pileo
  - 43 lin. 5 loc. ucc. leg. unc.
  - 44 lin. 15 loc. paleo leg. pileo.
  - - lin. 16 loc. vero leg. vera.
  - 47 lin. 9 loc. versculae leg. versiculae.
  - - lin. 12 post discum dele. comma.
  - - lin. 15 loc. ubi leg. uti.
  - 72 lin. 28 loc. alias leg. alii.
  - 73 lin. 17 loc. esse leg. sese.
  - 74 lin. 21 loc. inclusae leg. in cluso.
  - 76 lin. 16 loc. unci. ~ leg. unciali.
  - 78 lin. 10 post species del. comma.
  - 80 lin. 12 post partem add. excedente.
  - - lin. 13 leg. speciei
  - 81 lin. 10 post cum add. eam.
  - 83 lin. 9 loc. quae leg. qui.
  - 83 lin. 25 loc. defectae leg. defecta.
  - - lin. 2 et in sequentibus paginis loc. Stercum  
leg. Stereum.
  - 92 post fabrefacta add. pinea.
-

# COTTAGE MINDY



*B. Id. & Sculp.*





TAB. II.

Fig. 2.




Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 6.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 4.




Fig. 3.



Fig. 5.



Fig. 6.



Bosman sculp.








Fig. 2.

Fig. 3.



Fig. 5.

Dujemans dicit & Sculpsit.



Dujonius. Dr. & Sculps.





TAB. IV.



Fig. 2.




Fig. 7.



Fig. 3.



Fig. 8.



Fig. 10.



Fig. 1.



Fig. 4.



Fig. 2.



Fig. 5.



Fig. 7.



Fig. 3.




Fig. 9.



Fig. 8.



Fig. 10.

B. N.





TAB.V.







Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-646598-p0145-8

DFG



TAB.VI.



F.3.



F.5.




a

F.8.




F.10.




*Sordaria Scutellifera*









56 43 E5  
S

**ULB Halle**  
006 232 272

3





B.I.G.

Farbkarte #13



# OBSERVATIONES

## MYCOLOGICAE

AUCTORE

C. H. PERSOON.

---

PARS SECUNDA

CVM TAB. 6. AENKIS PICTIS.

LIPSIAE ET LUCERNÆ

SUMPTIBUS GESSNERI, USTERII ET WOLFIL.

1799.